R.R
d
31

M
a. 24

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark

ROTH, V.E.

65747/A

T7

VITI EBERHARDI ROTHII,

Phil. & Medic. Doctoris, Phyſici Blaubyrenſis,

MEDICINA PORTATILIS,

Non ſelectiora ſolum & noviſſima Remedia,

ſed

potiſſimas inſuper cauſſas & modos,

quibus viſcera reliquæque partes nobiliores internæ corporis humani affici & ſolent, & poſſunt,

Succinctè & theticè exhibens,

Cum annexa Pharmacotheca in cujuslibet Lingua Latina vel leviter imbuti uſum privatum inſtructa.

ULMÆ,

Apud GEORGIUM WILHELMUM Kühnen / Bibliopolam, 1709.

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

PRÆFATIO.

INteger ille liber, quem Auctor *Medicum hujus Seculi ſive Hermam* nominare, atque ſub velato nomine *D. Sempronii Gracchi Maſſilienſis* latitare ipſi placuit; ſub vero autem ſuo nomine Samuelis Gotthülff Manitii de Zedoaria libellum edidiſſe perhibetur, ita profecto comparatus eſt, ut debita ſua laude atque utilitate merito orbari à nemine facile queat, quin potius dignisſimus ſit, qui in omnium Medicorum, imprimis Juniorum, manibus dies noctesque verſetur ſedulò. Inter alia clariſſimi hujus Auctoris Pharmacopœia Portatilis, quam inibi p:m.301. vel ſummo apice. indicat, & una ex paginis adverſis hîc fideliter ſe ſiſtit, mihi tam vehementer arriſit, ut hac vix conſpecta, calamum arripuerim, atque

præſentes notas Therapeutico-Patho-logicas in privatum meum uſum pri-mum delineatas, publici autem juri ſub rubrica Medicinæ Portatilis faci-endas, ſuaſu & conſilio Experientiſſi-morum Medicorum, quorum nomi-nibus conſulto parco, quum me menti-entem ex ipſorum honorifica mentio-ne in ipſo opuſculo facta, vix quis arbi-trari queat, conſignare nullus dubi-taverim. Equidem jamdudum hac in re me longe peritiores, atque celeber-rimi Practici laudabiliter deſudarunt, ſic potiſſimum magnam reportavit laudem, atque invenit applauſum Lu-dovicus pharmacia ſua noſtro Seculo applicanda, quam egregie illuſtravit Excell. D. König doctiſſimo ſuo com-mentario. Immo per litteras comperi recentiſſime quendam Medicum Ar-gentoratenſem commentarium ſimi-liter ſcripſiſſe in eandem Ludovici pharmacopœiam. Enimvero haud ignarus verborum Senecæ, *Multum adhuc reſtat*, dicentis, *operis, multumque reſtabit, nec ulli nato poſt mille ſecula præ-cludetur occaſio aliquid adhuc adjiciendi*

& ego circa Medicinam Portatilem aliquid tentare ſuſtinui, ita tamen, ut minime ſubſiſtendum mihi viſum fuerit in exhibenda occaſione proporro privatam diſpenſationem, ad Medici exiſtimationem multum utique conferentem, meditandi, ſed & ulterius pergendum ratus, viſcerum corporis humani, ſive partium nobiliorum internarum, utpote cerebri, cordis, uteri, pulmonum, hepatis, ventriculi, &c. præcipuas cauſſas & modos, quibus communiter & ut plurimum lædi ſolent & poſſunt, ab hisque utiliter profluentes Indicationes interdum ſuccincte inſerui, ſub finem annectens Pharmacothecam Domeſtico - Itinerariam itidem idiomate Latino traditam. Interea tantum abeſt, ut tantus φίλαυτος ſim, mihique blandiar, qualemcunque hunc meum conatum ſolum ſufficere ad peculiarem & felicem cujuslibet morbi curationem, ut potius lubentia lubentius ſubſcribam verbis celeberrimi Baglivi: *Mille morborum cauſſæ*, inquientis, *varia ægrorum temperamenta, ætates, ſexus, vitæ genera, climata,*

diverſa naturæ, variæ annorum conſtitu-tiones & variæ ſemper influentes, innumeræ denique alia, quæ ad producendos fovendosque morbos concurrunt, ita interdum certam, conſtantemque morbi & ſuorum ſymtomatum naturam perturbant, ut difficile ſit veritatem inveſtigare, niſi complexus horum omnium ſagaci rationis uſu perpendatur & illuſtretur. Scilicet ingenue confiteor, præter communes, ordinarios & potiſſimos fideliter hic traditos quosdam lædendi modos, quam plurimas alias æque neceſſarias & per utiles eſſe attendendas circumſtantias. Sic (ut paucis me expediam) quibus diebus morbi tam acuti, quam Chronici (in quorum declinatione, aut ſaltem iſto tempore, quo alias ordinarie & naturaliter tempora ſua percurrendo ad finem tendunt, communiter & plerumque demum in conſilium rapi empiricos, ipſe non ſemel obſervavi quod utcunque deinde cedat, res integra eſt, ſi in bonum, vix verba ſufficiunt iſtos ubique deprædicandi cum hac ſæpius tantæ inſcriptionis laude: Hic Deus & Natura nil fecerunt; ſin ſecus

ſecus, in prius vocatos Medicos culpa transfertur dicendo, *ipſos Medicos prius ſuccubuiſſe*, (quos tamen turpiter reliquit æger) *nil ergo mirum, quod ipſe carnifex hac vice ſpe ſua fruſtratus fuerit, cui forte melius ceſſiſſet negotium; ſi quidem citius vocatus fuiſſet*) ſolvantur vel ſalutariter, vel lethaliter; ad quos præ aliis corporis partes ſive internas, ſive externas iſtorum ſolutiones, permutationes, metaſtaſes contingant; quinam mutuus & occultus partium conſenſus ſeſe exhibeat, qualis inter pulmones & renes, inter tibias & pectus, inter hoc & pudenda, inter glandulas meſenterii & colli ſcrophuloſas, inter cutem, alvum & veſicam, inter inteſtina & artus, inter caput & extremitates artuum, inter uterum & poſticam calvariæ partèm, inter ſtomachum & anteriorem cerebri regionem, inter lienem, hepar & ſiniſtrum, dextrum narium foramen, inter glandulas aurium & cerebrum, axillarum & cor, inguina & hepar &c. tam à Vett. quam hodiernis annotatus paſſim legitur, & in praxi facile attenditur; porro qualis

 ſpe-

ſpecificus character, endemius, epidemius, artificum, litteratorum, ætatis, ſexus, nationis, hypochondriacorum, hyſtericarum, febrilis, ſcorbuticus, venereus, verminoſus, rachiticus, aliusve malignus, communis, occultus, proteiformis ſubſit &c. ubi lateat centrum quietis & motus morborum certas ſuas ſtationes, periodos, revolutiones tenentium, & quando, & quoties, & quomodo ad motum vel ſtimulentur, vel ad quietem redeant &c. an morbi ſeſe habeant ingruantve modo idio- vel deutero- pathico, tranſitorio, vel radicato, ſymtomatico vel Critico, contagioſo vel vitioſo diætetico &c. exacte & accurate perſpicere, inquirere, diſcernere, maximopere requiri, quis quæſo inficias ibit? Ex quibus latius paulliſper quorundam ſententiam, qui a cauſſam temporum motus, & quietis morborum intervallarium quærunt, & collocant in extremitatibus pedum & manuum, inibique conſtituunt fomitem febrilem intermittentium, apoplecticum, epilepticum, hyſtericum, melancholicum aliorumque graviorum

viorum morborum, deducere atque examinare placuit. Quæ quidem ſententia ut particularis, me judice, in artem noſtram omnino forte recipi poterit, ſed ut univerſalis, & ex qua omnes morbi ſemper & ubique ortum ſuum agnoſcant, à nemine facilè inculcabitur. Interim hanc ætiologiam confirmat Primò, quod ægri non modo primum inſultum inde ſentiant, atque ex mutato colore pallido unguium in manibus præſagiant mox ſubſequuturum paroxyſmum febrilem, ſed etiam graviſſimi morbi terminentur in pedes, Practicos haud parum ſæpius ſcandalizantes, & vulgo præbentes anſam empiricos laudibus evehendi, quod calleant morbos per pedes abigere. Sic aſthma ſat pertinax, diuturnum, tandem deſiit in inſignem tumorem œdematoſum pedum, qui utut unguento quodam adipoſo à carnifice, ſpiritum vini camphoratum ab perito chirurgo iſti antelatum, ceu peſtem & extrema inde metuentia accuſante, tractatus fuerit, intra per paucum temporis ſpatium vix biduum ex-

cedens adinſtar incantamenti detumuit, relictis pedibus ſat gracilibus, interea citra ullum recurſum vel priſtini, vel iſto gravioris mali. Virgo chlorotico - cachectica ex imminuto fluxu menſium in tantam dyſpuœam incidens, ut ob metum ſuffocationis nolens volens Venæſectionem in pede admittere coactus fuerim; ab illo tempore dolorum capitis, artuum & totius, aliorumque phænomenorum hyſterico - epilepticorum tendentiam & ſolutionem ad locum per V. S. vulneratum etiamnum ſentit, iterum citra ullum aliud relictũ damnum. Hæc duo exempla quamquam & aliam ætiologiam benè ferant, hîc tamen inſerere, atque pedum in morbis conſiderationem iisdem confirmare, nemo vitio mihi vertet. Secundò, quia id quod grave, feculentum, tartareum, fixum, ſalſum, terreſtre ad pedum & manuum extremitates ♃ M. S. vi legum naturæ, qua alias omne grave tendit deorſum, eliminatur (quanquam hoc ipſum circulo ſanguinis jamdudum recepto contrariari videatur, ſed hoc ſalvo nihilominus

minus iſtius excrementa craſſiora, fixiora, graviora, ponderoſiora huc deponi poterunt, quum & in hepate, & pancreate, & renibus peculiaris excutitur & ſecernitur liquor excrementitius) inibique quamdiu quieſcit & foras ulterius & uberius in ungues & callos pedum deſinit, tamdiu tutum erit corpus ab iſtius infectione, quæ eo gravior, eo periculoſior haud difficulter concipitur, quo magis hoc ſanguinis excrementum accedit ad naturam & indolem principii mineralis, de quo vel vomitus ad raſuram unguium propinatam teſtantur; quo magis præter gravitatem, ponderoſitatem varie tinctura eſt diverſis ſaporibus ſalinis. Tertio quia propagines nervorum deſinunt in ſoleas pedum, quæ ideo valde ſenſiles ſunt, læſio autem totius (uti fit in apoplexia, epilepſia, febribus &c.) vix melius explicatur, quam per ſyſtema nervoſum affectum, idque nemo negavit, cui probè cognitum atque perſpectum eſt, quam à levi punctura vel nervi, vel tendinis, vel expanſionis membranoſæ accendatur tota

M S.

M. S. febriliter, & niſi ſtatim obviam eatur, quam periculoſa ſubſequantur phænomena; quam ubique nervi intime adhæreant arteriis, has involvant, cingant, non tam quoad fibras minores, ſed etiam majores. Sane recordor ex fideliſſimo ductu & ſagaciſſima quondam demonſtratione Exc. D. Zelleri in cane nervorum ergo ſuſcepta, his ipſis meis oculis vidiſſe plexum meſentericum majorem, ejusque ramos cum arteria hepatica tam arctè complicatos, ut vix abſque læſione à ſe invicem ſeparari potuerint. Exinde ſponte fluit, quam difficile ſit expeditu diſcernere, num culpa ſit in nervis, an in iſtorum contentis ſpiritibus animalibus, num demum in ſanguine? Nullo quidem negotio accuſatur ſanguinis vel citior, vel tardior mot⁹: at utrũ hoc vitium à ſpaſmodicâ conſtrictione? an ab acriori irritatione nervorum? num à ſanguinis lue in quanto & quali? an demum à concitatiori vel ſegniori ſpirituum influxu? dependeat, certò determinare prudentis eſt, velut unum ex his tribus ſolum ubique accuſare reli-

reliqua deſuper habendo vel temerarii vel ignorantis. Nec enim tantum in ordine ad meſenterium & hepar, ſed & in reliquo corpore ſemper hæc tria recurrunt, fluidum ſcilicet nervinum & arterioſum, vel venoſum, ipſorumque vaſorum arcta propinquitas. Quapropter & in aliis caſibus v. gr. hæmorrhagiis ſedulò perpendendum, num iſtæ à ſanguinis vitiis, an nervorum culpa, an vero à vitioſo ſpirituum animalium motu contingant? Sed ſatis præfaminis loco. Atque huc forte etiam reſpexiſſe modo laudatum Baglivum, divinare omnino quis poterit, dum in libro primo Praxeos Medicæ p. m. 10. hunc ponit aphoriſmum: *Febres intermittentes, nullis nec digerentibus, nec ſolventibus, nec febrifugis cedentes remediis, facta venaſectione in ſalvatella, frequenter ſanantur feliciſſime.* Id tandem unice voveo, opto, peto, ut qualiscunque hic meus labor (quem tamen poſt Deum & privatam diligentiam me unice debere dexterrimæ informationi fideliſſimorum meorum Præceptorum, utpote Exc. DD.

Zel-

Zelleri & Camerarii Senioris, atque Patronorum', quos in itinere meo Helvetico convenire licuit, grata mente hîc publice deprædicare volui, debui) faventes experiatur ſive lectores, ſive judices, atque hi hoc meum conamen non ſolum æqui honique conſulant, ſed & ubicunque me hallucinatum fuiſſe deprehenderint, mihi juveni pro benignitate ſua atque favore, quo Medicinæ cultores amplectuntur (nam horum oſores non curo) condonent. Quod eo facilius & certius obtenturum me ſpero, quo magis in animum induxi meum, Deo volente & me per Ipſius Gratiam ſuperſtite, hanc Medicinam Portatilem hic & ibi auctiorem & correctiorem ſuo tempore iterum exhibere.

Pharmacopœia Portatilis
D. Sempronii Gracchi Maſſilienſis.

1. E*Meticum; cui tutò in ventriculo ſordibus purgando fidere poſſis.*
2. *Leniens; pro inteſtinis eluendis.*
3. *Mercuriale; pro lympha liquanda & glandulis à magmete liberandis, Lenius v. gr. Cinnab. & Fortius, ſalivans.*
4. *Amarum; è veget. Cent. min. card. b. trif. fibr.*
5. *Aromaticum; ceu Carminans, ut Acor. vulg. vel. N. M. Zedoaria.*
6. *Balſamicum; ut Myrrha, quibus infimi ventris viſceribus commode ſubvenire licet.*
7. *Pectorale.*
8. *Ex Inſipidis Terreum abſorbendi & temperandi fine, ceu ſunt oc. 69.*

Gelatinoſum, acrimoniam temperans & quaſi inviſcans nimis fluxiles humores.

Aqueum, diluendi fine.

9. Ex

9. *Ex Salinis, ceu incidentibus, reſolventibus humores, Acidum, v. gr, innocentiſſimus ſalis ſpiritus ad bilem viſcidam diſſolvendam, alioſque uſus.*

10. *Alcali fixum; quod urina & renibus magis appropriatum conjicimus.*
Alcali Volatile ſimpl. & oleoſum; pro Spiritibus, Nervis & Utero.

11. *Sal Salſum; fixum ad Diureſin, Lympham ei ſuccum Pancreaticum maximè appropriatum remedium.*
Sal Volat. ab acido fixatum; pro tranſpiratione inſenſibili & ſudoribus, adeoque ad glandulas ſubcutaneas referandas.

12. *Auſterum cum terra conjunctum; pro vulneribus & fibris adſtringendis.*

13. *Opiatum, mucaginoſum volatile.*

Hæc cuncta cum judicio, occaſione non neglecta, ſi applicueris, te inſtructiſſimam, at Portatilem tamen ubique habere Pharmacopœiam comperies.

VIRIS

MUNERUM ET RERUM GESTARUM GLORIA Eminentiſſimis,

DN. JO. RUDOLPHO SEUBERTO, Illuſtri SereniſſimæDomus Würtembergicæ Sanctioris & Intimi Regiminis Conſiliario, EidemqueDucalis RedituumEccleſiaſticorum Senatus Directori Magnifico,

DN. JO. PHILIPPO DATT, JurisConſulto quoquo verſus celeberrimo, Sereniſſimo Wurtembergico Duci â Conſiliis Juſtitiæ, & Fiſci Eccleſiaſtici Advocato Excellentiſſimo,

Neque non

DN. HENRICO SCHEINENMANN,
DN. THOMÆ BAUR,
DN. JO. REINHARDO ORTH,
DN. JO. CHRISTIANO FROMMAN,
V. I. L. Nobiliſſimis, Ampliſſimis & Conſultiſſimis Ejusdem Collegii Conſiliariis Expeditionum longe meritiſſimis,

Dominis ſuis Patronis ac Mæcenatibus ex omni ope colendis, devenerandis,

Medi-

Medicinam hanc Portatilem

in

Debitam Obſervantiæ Arrham,
Perpetuam gratæ mentis Teſſeram,
Ulteriorem ſui benevolam Memoriam,

Demiſſe & more Priſco

L. M. Q.

Offert dedicatque

AUCTOR.

VIRI

Illuſtris, Magnifici, Excellentiſſimi, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi,

Domini Patroni & Mæcenates Honoratiſſimi.

QUamprimum Sors Divina ita tulit, ut per eam, qua ex indultu Sereniſſimi noſtri PRINCIPIS polletis, auctoritatem ante biennium fere Gratioſa Phyſicatus & Civitatis, & Cœnobii Blabyrenſis facta fuerit confirmatio, protinus ab illo tempore debitum Obſervantiæ Monumentum Inclitis Veſtris Nominibus erigere firmiter in animum induxi. Etenim dum hæc gratiſſima mente recolo; dum inſuper benevolentiſſimum veſtrum cum in litteratos omnes & ſingulos, tum potiſſimum in Medicinæ cultores animum perſpectum habeo exploratumque; dum ſingularem veſtram pietatem, eruditionem, humanitatem haud ignoro, dumque (bona Veſtra Pace) integerrimo Veſtro affectu, conſilio atque ope ulterius mihi non tam inquili-

quilino, quam vicino opus futurum agnoſco, annon multa deprehendo & magna, propter quæ *Medicinam hanc Portatilem* VOBIS ſubmiſſo pectore inſcribam, in ſummam ſpem deveniens, qualecumque hoc chartaceum munuſculum non re, ſed offerentis mente ſpectata, haud ingratum fore? Excipite igitur hoc meum conamen, tanquam obſequioſiſſimi atque officioſiſſimi erga VOS animi teſtimonium, ſerena hilarique fronte, meque & in poſterum nemini non decantatiſſima VESTRA Benignitate dignamini. Deus, ſupremus Rerum Arbiter, VOS Patroni Exoptatiſſimi, diutiſſime ſalvos atque incolumes conſervet, & prope diem PACEM, tot votis ac ſuſpiriis expetitam, nobis clementiſſime redonet.

V. V. Illuſtr. Magnific. Excellentiſſ. & Nobiliſſimis Nominibus

Dabam Blabyræ e Muſeo
a. d. XVII. Apr. a. 1709.

æternum devotus cliens,

Vitus Eberhardus Rothius, D.

Medicinæ Portatilis,

CAP. I.

De Vomitoriis.

§. 1.

E*Metico* utique tantum abeſt, ut quis prorſus ſuperſedere queat, ut potius, ubi cauſa morbi in ventriculo præſens ſit, humor ſcilicet vel mole gravis, vel bilioſâ acrimoniâ, vel viſcidâ tenaci pituitâ moleſtus, vel quodcunque aliud heterogeneum hæreat,

§. 2. Ubi multi prægreſſi fuerint errores in diæta, pertinacia affectus durum alias requirat nodum, exemplo hypochondriacorum, quartanariorum, melancholicorum, maniacorum, aſthmaticorum &c. Ubi forte ſcopus revulſorius quid ſubſidii promittat &c.

§. 3. Ipſaque materia jam dum ſit mobilis & *ἄνω* viam & egreſſum moliri tentet per nauſeam, os amaricans, ſputum copioſum, anorexiam, ructus frequentes, præcordiorum dolorem gravativum &c.

§. 4. Nec adſint Contraindicantia, Prohibentia, diſſuadentia, in obeſitate nimiâ, in graviditate, in virium defectu, reſolutione, proſtratione, in facili pronitate & diſpoſitione ad paſſiones hyſtericas, lipothymias, in procidentia uteri, inteſtinorum, in hæmoptoe & aliis pulmonum læſionibus, in malignitate febrium &c.

§. 5. Summè ſit neceſſarium medicamen tam ad ipſam cauſſam, quam citiſſimè eliminandam, quam ad viam ceteris medicamentis ſubjungendis ſternendam, quo integris viribus, nec jam multum labefactatis ob congreſſum cum vitiis ſtomachi agant, atque perveniant, quo animo prius intenderat Medicus.

§. 6. Quanquam ex r. veget. quoque proſtent Vomitoria, utpote rad. helleb. alb. quarum virulentiam multùm & fortiter ab aceto infringi, ita ut nihil ſiniſtrè inde ſubſequi queat, quidam prætendunt, à. gr. XV. ad ℈j. exhibentes.

§. 7. Nec non rad. & fol. aſari, in quarum decocto ſimpl. aq. font. facto ruſticus quidam asthmaticus Gerhauſenſis magnum quærit ſubſidium, absque tamen eo, ut Vomitus inde contingant violenti aut hypercatharſis, ſed potius continuatum iſtius uſum caput affligere, illud turbidum reddere, memoriam labefactare querelas movit.

§. 8. Quæ relatio me tantum non eo adduxit, ut crediderim, famoſum quendam Carnificem præter theriacalia & martialia, quæ alii attenderunt, ipſa hæc folia & radices aſari alii aſthmatico propinaſſe; hic equidem ſumto pharmaco vehementer

κάτω

ndτω purgatus fuerat ad 20. quin plures ſedes, nullo ſubſequuto Vomitu, non tamen ſine levamine, niſi quod querelæ de laſſitudine & turbido pariter capite audirentur per aliquod tempus dierum.

§. 9. Enim vero manent hodie Practicis antimonialia, hæcque ipſis vix ulla alia conſtituunt ſua Vomitoria, licet ſubinde reperiantur adhuc, qui etiam vitriolica commendant, atque ex his

§. 10. Sal vitrioli album ob ſuam vim & operationem longè ceteris citiorem propinant in caſu, ubi alias omnia ſunt in præcipiti & ſtante, quod ajunt, pede capiendum conſilium, ceu apoplexia, inprimis ſi hæc adhuc recens, fiens, pituitoſa potius, ſympathica &c.

§. 11. Item in exhibitis & ſumtis philtris, venenis, non quidem æque tam corroſivis, inprimis ſi penitius ventriculi plicis ſe jam inſinuarunt, quam viſcoſis & mucilaginoſis, qualia ſunt rad. cicut ſem. hyoſciam, baccæ bellæ donnæ ſive ſolani furioſi, fungi & ſimilia, optimè annotante & cautelam hanc ſubminiſtrante Exc. dd. Wedelio in diſſ. de Vomit. In quibus caſibus omnino requiritur medicamenti quam citiſſima operatio.

§. 12. Forma ipſaque doſis, in qua præſcribunt modo dictum Sal Vitrioli, eſt ipſius & ſachari ana ad ℥j. minusve in aq. vel ſimpl. font. vel appropriata apo-epileptica facta ſolutio.

§. 13. Proinde Apoplexiæ obnoxii, quique triſtes hujus mali prodromos probè præſentiunt & præſagire ſciunt (nec enim omnibus iſtud contingit, ſed quaſi fulmine tacti ex improviſo concidunt)

 hac

hac potiunculâ omni tempore inſtructi ſint & a
manus habeant, ut ſtatim in primo inſultu virib
adhuc conſtantibus, nondum reſolutis, ſumi
præberi queat, ſuadeo ex conſilio etiam poſt mo
tem ad cineres usque mihi Venerandi b. DD. Bilge
Practici quondam Campidonenſis famigeratiſſim

§. 14. Quin ipſi Magnates, Principes aliæqu
Illuſtres Perſonæ Venenatis infectionibus eheu! n
mis quam obnoxiæ ſibi proſpicient ſimiliter h
aliove modo, nec erunt unquam ſine vomitorio, cu
jus vires æque tutæ quam celerrimæ ſint in extru
dendo miasmate maligno.

§. 15. Præmatura hujus emetici, quam qu
dam obſervarunt, operatio facilè corrigitur ſupe
bibendo cereviſiam tepidam.

§. 16. Commune & tutiſſimum Vomito
rium ex antimonialibus jam à longo tempore inva
luit & innotuit ſub nomine tartari emetici Myns.,
quo plerique Practici acquieſcunt.

§. 17. Alii, qui palato inſimul indulgen
crocum metallorum infundunt vino Malvatico.

§. 18. Quî vero fiat, quod antimon. crudum
cujus uſus internus & decocti agrimoniæ extern
intinea capitis magnis encomiis â pharmacopo
quodam mihi mactatus fuit, haud vomitus cie
ſed demum cum ſalibus plus minus recluſum fo
tius aut mitius vomitoriam exſerat facultatem, &
an id eveniat unice inde, quia ad ipſius præparati
nes pro effectu emetico aſſequendo non tanta n
tri quantitas ſumitur, quæ omnem ſuam portione
ſulphuream abigere, abſumere, figere, reliquam

qu

que partem metallicam ſufficienter calcinare poſſet, aliis ulterius perſcrutandum relinquo.

CAP. II.

De

Catharticis.

§. 1. INter hæc Auctor recte eligit *Leniens pro inteſtinis eluendis*; Plus enim ſæpius efficimus leni quodam Laxativo eoque per epicraſin exhibito, quam totâ draſticorum cohorte.

§. 2. Quippe culpandus venit error plebis Purgantia non quoad euphoriam, ſed communiter ad ſedes metientis.

§. 3. Quem errorem non parum ſuffulciunt atque ſuſtentant naſutuli quidam pharmacopolæ, oggarrientes nimis quam lene eſſe, quod præſcripſerit Medicus, ac ipſo inſcio ſæpius doſin planè nefarie vel augent, vel fortius quid ſubſtituunt.

§. 4. Fortiora equidem videntur requiri Cathartica, ubi ſcopus vel ex partibus remotioribus, vel ex ipſa M. S. vi fermenti, quod in Purgantibus prætendunt, mediante via, quà chylus in M.am S.am tendit, eò delati ad primas vias ſerum abundans præcipitare, immo ex ipſo corporis habitu exteriori per vaſa capillaria venoſa & lymphatica reſorptas & evectas, abhinc ad inteſtina determinatas vitioſas

portiones, aut humorem acidum, fixum, tartareum melancholicum eliminare; &c.

§. 5. Hunc ipſum tn. ſcopum longe facilius & felicius obtinemus per iteratis vicibus exhibita Laxantia, quorum uſus continuatus æque vires ſuas extendit in ipſam M.^{am} S.^{am} exemplo Acidularum, Juſculorum alterantium, Seri Caprini, Magneſiæ ſeu Panaceæ ſolutivæ.

§. 6. Omne ſanè Violentum, inter quod & vehementiora Purgantia jurè referuntur, naturæ eſt inimicum, quanquam in his exhibendis empyricos audaces (uti modò inter Vomit. annotavi & ſatis mirari audaciam tum haud potui viribus ægri adeò reſolutis tam draſticum propinatum fuiſſe medicamen ab iſto carnifice) ſæpe juvet fortuna cœca: ſed Medici tenentur agere & ſcientia, qua timiditatis, & conſcientiâ, qua temeritatis culpam effugiunt.

§. 7. Si vero intentio Medici ſit proximè & immediatè contenta ventriculi & inteſtinorum vitioſa, nec non glandularum tam inteſtinalium, quam pancreatis & hepatis (horum ductus excretorios ſtimulando) eluere, nec ad hoc negotium ritè peragendum violentioribus, quam par eſt, indigebit, utpote vel lene Laxans cum ſale quodam ſalſo digeſtivo combinatum egregiam præſtabit operam.

§. 8. Pleraque autem inteſtinorum Symtomata fundata ſunt partim in ipſorum contentis, tam naturalibus, quam p. n. Sicque oriuntur indicationes variæ: feces duræ & ſcybala alvi ſunt emolliendæ, humectandæ; flatus carminandi, vermes ne-

candi

candi, expellendi; humor viſcidus, lentus, pituitoſus incidendus, reſolvendus, & ſi in quantitate excedat poſteà eliminandus; acrimonia humoris tam calidi, acris, bilioſi, quam frigidi, tartarei, fixi melancholici contemperanda, abſorbenda, imbibenda, evacuanda &c.

§. 9. Partim in ſuis fibris, tam nerveis quà ſentientibus intentatam continui ſolutionem in doloribus, quam carneis motricibus, quæ modò quà nimis flaccidæ, laxæ, debiles, ſunt roborandæ, ſtringendæ, firmandæ; modò quà nimis tenſæ, expanſæ & ſpasmodicè contractæ, ſunt demulcendæ, leniendæ, relaxandæ; modò à quo cunque heterogeneo & ſtimulo ſalino quà nimis irritatæ, laceſſitæ, defendendæ antacidis, abſorbentibus, nervinis, ſpecificis; modò quà vulneratæ, inflammatæ, exulceratæ, ſphacelatæ, indicant traumatica, diſſipantia, mundificantia, abſtergentia, balſamica, alexipharmaca. &c.

§. 10. Partim in ipſorum tunicis glanduloſis, quæ ſi abraſæ, muco ſuo deſtitutæ, erunt fovendæ, oblinendæ, demulcendæ.

§. 11. Partim à ſanguine ſuis excrementis ſeſe exonerante per venas meſarai cas eaque abhinc ad inteſtina determinante.

§. 12. Tandem in ani vaſis ſanguivehis tam qua nimis tumentibus, varicoſis, dolentibus, quam apertis modò nimiùm fluentibus, modò tardius, modò ſubito ſuppreſſis. &c.

§. 13. Medicinæ Portatili ex Claſſe Lenientium inſerviunt ſimpliciſſima folia ſennæ ſtipitibus privata, quæ ſic pulveriſata magnum quendam Pra-

cticum ceu arcanum ſibi habere, ab Exc. DD. Zellero, Fautore atque Præceptore meo æſtimatiſſimo mihi relatum;

§. 14. Aliàs vel cum ſimpl. aq. font. vel cum decoct. prun. Damaſc. exhibita alvum absque magnis torminibus blandè ſubducunt, in doſi etiam concisâ.

§. 15. Attamen circa ipſiſſima hæc folia idiosyncraſia virginis illa nullo modo ferentis, ſed peſſime inde ſeſe habentis me haud latet.

§. 16. Pro humore melancholico, tartareo, acido, fixo, ipſoque lentore pituitæ (pro quo tn. incidendo & blande educendo, inprimis ſi in thorace ſtagnet, gumm. ammon. & agaric. cum fructu commendo) rad. & fol. helleb. n. communiter laudantur;

§. 17. In ſpecie fol. helleb. n. Paracelſo aliisque ſub nomine Dauræ veniunt atque anatica quantitate cum ſacharo mixta conſtituunt Trageam Laxativam, quam quidam tanti æſtimant, ut poſt ſingula prandia, alii ſingulis mane tres quatuorve cultri cuſpides ſumant ad longævitatem procreandam.

§. 18. Rad. Jalapp. non tam pro ſimplici phlegmagogo, quam fermè pro panchymagogo tutiſſimo per compluſculos jam annos habitæ atque uſu confirmatæ huc ſpectant, magis tn. exhibendæ in ſubſtantiâ, quam decocto, niſi ſalibus adjuncti in ipſarum ſubſtantiam reſinoſam ſufficienter poſſe recludi quis ſibi perſuadeat.

§. 19.

§. 19. Ex r. min. quidam mercur. dulc. univerſaliter exhibent omnibus Purgantibus addendo; enim vero ipſius uſus in intemperie bilioſa, calida, ſiccâ, atque ubi multa ſpicula ſalina (hincque cum ſalibus haud miſcendus in formulis) ſcatent, non tam tutus erit, ac ſi in copioſo ſeri & pituitæ proventu, nec non colluvie verminoſà ordinetur. Inprimis ab ipſius uſu feminam quandam cholericam de obfuſcatione viſus conquerentem in dolorem capitis atque invitum lacrymarum profluvium incidiſſe obſervavi.

§. 20. Tandem hîc prodeat modò tacta Panacea ſolutiva paſſim jam in uſum vocari atque promiſcuè uſurpari ſolita; quam vel ideo magni facio, quia duplici gaudet virtute, abſorbente ſcilicet atq; inſimul leniter laxante, modò hanc virtutem poſteriorem in doſi minori exereret, vix ſibi parhaberet.

§. 21. Ipſas vires hîc multum deprædicare haud neceſſum duco, ſufficit indicaſſe, in comparabile eſſe alcali fixum terreum, acidi & ſpiculorum ſalinorum avidiſſimum, atque hæc ſi abſorpſerit, abſque ullâ moleſtià, nauſea, torminibus aliisque in commodis ceteris Purgantibus communiter ſupervenientibus leniter educere, ſique nullos amplius pravos humores acidos reperiat, ceſſare ſuum effectum evacuatorium, nec amplius ſenſibiliter operari.

§. 22. Quas vires alcalinas in Sereniſſimâ quadam Perſonâ multis ſpiculis ſalinis ſcatente modò laudato Exc. DD. Zellero luculenter obſervare licuit, ipſo mihi hoc fatente.

§. 23. Ego ex ephemeridibus meis privati Practicis bonâ fide aſſero, feminæ cuidam conquerenti de ardore ventriculi, revomitu omnium aſſumtorum ciborum, exceptis ex farina paratis, minimè tn. butyro cocto condiendis, Magneſiam egregie profuiſſe, adeo ut multis fruſtra prius adhibitis nunc quævis alimenta ventriculus retineat, ipſa autem femina hoc medicamentum ſatis extollere nec ſciat, quin mihi non ſemel dixerit, ſi fortè aliò vocarer, & abhinc diſcederem, ut ſufficientem ipſi de hoc pulvere albo relinquam quantitatem, me enixe rogaturam.

§. 24. Similiter bonam præſtitiſſe opem virgini ſpasmadicâ gulæ contractione ſeſe finiente cum borborygmis ſæpius laboranti ex iisdem mihi conſtat.

§. 25. Reliquis quoq; Evacuantibus palmam facilè dubiam reddit. Primo, Ob amœnitatem ſuam atque inſipiditatem, Secundo, vehiculum, quod conſtituit lac amygdalinum, Tertio, quod nulla inde metuenda ſit hypercatharſis; Quarto, quod non tam exactum requirat regimen, ſed ſumentes poſſint ambulare, quò velint ad munia ſua obeunda; Quinto quod ſolum vitioſos humores educat absque ullo præjudicio virium aut Naturæ; Sexto, Tutò exhibeatur Podagricis, Gravidis, Lactantibus, puerperis, menſtruatis.

§. 26. Optimè vero adinſtar ita dictæ Curæ Acidularum, vini Medicati Laxativi, Seri Caprini hæc Magneſia in uſum ducitur, atque his ipſis commodiſſimè ſubſtituitur, tempore etiam hiberno, ſi quidem neceſſum viſum fuerit.

§. 27. Mo-

§. 27. Modus eam parandi nulla indiget ſublimitate ingenii aut artis, ſed conſiſtit in ſimpliciſſima matricis nitrariæ coctione, calcinatione, elutriatione, filtratione, exſiccatione, pulveriſatione.

§. 28. Encheireſes quod attinet, illæ melius autopſia, quam lectione aut ſcripturâ addiſcuntur.

§. 29. Sed cave ne tibi idem accidat, quod olim ex ſpe majoris lucri contigiſſe viro cuidam utut plebejo ruſtico, in arte deſtillatoriâ tn. occupatiſſimo circa ipſius elaborationem recentis adhuc eſt memoriæ. Hic ſcilicet quum aliâs ſolitus fuerit ſpiritum nitri ex hujus matrice conficere, in hanc delapſus ſententiam, Magneſiam noſtram longe viliori ſumtu obtineri poſſe, modò prius ſecundum ſuum proceſſum abſtrahatur à matrice ſpiritus acidus, & deinde maſſa reſidua præparetur, uti modò oſtenſum; at ipſum fefellit opinio ſua egregie, quippe nullo modo reſiduum edulcorari potuit, utut plusquam triginta vicibus nunc calida, nunc frigida affuſa fuerit aqua.

§. 30. Ex compoſitis officinalibus prodomeſtica Medicina ſpec. Jal. Mynſ. Pulv. Cornach. eligi poſſunt.

§. 31. Occaſione Purgantium duas hîc pono regulas, quarum prima hæc eſt: In omnibus fere affectibus ipſisque morbis acutis, quum & hi frequentius & communius ab erroribus in diæta commiſſis proveniant, ſemper oculo uno reſpiciendum eſſe ad cauſſam morbi occaſionalem, vel ipſum re producentem, vel inducentem, vel foventem, & ſi placet Archeum irritantem, quæ ut plurimum in

pravo

pravo quodam humore, vitioſo excremento modò bilioſo, modò pituitoſo, modò tartareo fixo, modò cibulento potulentove conſiſtit, huncque adeò niſi eliminaveris & eduxeris, reliqua omnia fruſtranea fore.

§. 32. Altera eſt: Tam in morbis acutis, quam chronicis urinam ſedimento inſtructam, adeoque coctam præ crudâ indicare Purgans; quam regulam confirmat primo quod ſumto Cathartico plerumque urinæ ſoleant reddi turbidæ; Secundò quod ſæpius affectus chronici ſolvantur ſuperveniente alvi fluxu ſpontaneo vel ſeroſo vel cruento.

§. 33. Equidem non inficias ibo dari caſus, ſed rariores, in quibus in principio morborum ſit purgandum, nec Galenicorum coctio exſpectanda, ubi ſcilicet materia turgeat, ubi manifeſti errores (uti modò innui) in diæta commiſſi præceſſerint & ab initio ſtatim vocatus fuerit Medicus;

§. 34. Ubi Corpus impurum Cacheticum prius adhuc opportuno tempore, nulla ſigna mali Epidemii exhibens, vel aliâs quoque & extra hunc caſum præparare animus ſit;

§. 35. Ubi qualitas vitioſa, ſtimulans, laceſſens, irritans, leniter vult educi;

§. 36. Ubi Natura in ſuo motu laudabili miasma morbi ab interioribus ad exteriora protrudens nondum turbatur, & ſi quæ aliæ ſint cautelæ Practicæ huc trahendæ & obſervandæ in febb. tam acutis, ſive benignis, ſive malignis, quam intermittentibus aliisque morbis epidemiis.

§. 37. Non

§. 37. Non alienum erit hîc communicare, quæ fideliſſimo ductu Exc. DD. Camerarii Senioris, Dn. mei *Patroni* atque Præceptoris colendiſſimi, annotare mihi licuit in ordine ad tertianas epidemias, quales olim & adhuc Tubingæ jam per aliquot graſſantur annos.

§. 38. Hæ nempe in Purgantibus habuerunt occaſionem tum pro prima in vaſione, tum pro recidivis, i. e. ſuppetunt exempla tam illorum, qui prodromos ſuæ febris jam ſentientes putarunt malo & hoſti iſti præveniri poſſe ſumto tempeſtivè pharmaco, his inquam ab illo tempore, quo Purgans, ſumſerunt, conſtitutus fuit primus dies paroxyſmi febrilis; quam iſtorum, qui uno alterove acceſſu feliciter ſuperato, ipſaque febre profligatâ, rati Corpus à reliquiis febris eſſe liberandum per cathartica, his ſimiliter ab illo die, contigit triſtis recurſus mali.

§. 39. Unde hæc duo corollaria ſponté fluunt: Febris epidemia, contagioſa, maligna cadens in ſubjectum alias ſanum, nec obnoxium erroribus diætæ, non poſcit Purgans.

§. 40. Febris longa, diuturna, autumnalis, corripiens hominem impurum, cachecticum, ſubjectum multis cruditatibus, benè fert & poſtulat evacuationem per alvum.

§. 41. Iſti Recidivæ optimè ſuccurri poteſt ſequentem in modum; poſt ſuperatum paroxyſmum ſumatur doſis conveniens Corticis *Peruviani*, & cum hoc continuetur usque ad diem apyrexias, utpote quo conſultiſſimum eſt exhibere Laxans; Sub noctem illius diei, quo Leniens ſumtum,

præ-

præſcribatur & ſumatur doſis medicamenti Theriacalis vel in theriac. cœleſt. vel elect. diaſcord. Frac. vel Mithridatio Damocratis, tertio die ſummo mane, aut ſaltem una alterâve hora ante invaſionem larga iterum ſumatur portio dicti Corticis, continuandi ulterius adhuc per aliquot dies, Septimanas, utut febris vel maximè ſopita videatur.

§. 42. Paroxyſmum autem dum altêro, tertio vel quarto die anxiè expectamus, melius eſt quando æger adhuc tum in lecto jaceat, quam ſi extra hunc aeri ambienti, poros corporis occludenti ſeſe exponat.

CAP. III.

De Mercurialibus.

§. 1. PRo *lympha liquanda & glandulas à magmete ſuo liberandis*, quod intendit Auctor, jam inter Laxantia relatus Mercurius dulcis hîc iterum nominandus optimè inſervit, ex quo capite unum ex trochiſcorum hermeticorum Scretæ Ingredientibus potiſſimum eſt.

§. 2. Hoc ipſum mercuriale in Doſi fortiori atque iteratâ attingit ſcopum ſalivatorium, adeo ut tantum non omnium Practicorum conſenſus in hoc deprehendatur, ut Mercurium dulcem ſcopo ſalivam ex glandulis & ductibus ſalivalibus largiter eliciendi exhibeant lue venereâ infectis.

§. 3. Nec malè Practicis fidis, ſi ſufficiens inter hos atque laudabile deprehendis ſuffragium, quippe

pe communi methodo medendi atque communibus medicamentis uti omnium tutiſſimum eſt præcipuè in primis Praxeos noſtræ annis.

§. 4. Sunt tamen, qui quoque cum ipſo Mercurio vivo crudo, ceu patet ex Decad. III. Obſervat. Med. Exc. DD. Petermanni Obſ. VII. turpetho minerali, mercurio præcipitato tam rubro, vel arcano corallino, quam viridi idem tentant.

§. 5. Quin immo ipſam Cinnabarim myrrhæ commixtam inſpergunt carbonibus ignitis fumumque inde exhalantem ore haurire ægros jubent pro ſuffitu ſalivatorio.

§. 6. Quem modum quum multi Practici pulmonibus haud adeo bonum, quin potius ſummè noxium ſentiant & prætendant, commodè iſti ſubſtitui poteſt modus alius Recentioribus multis, uti me per litteras docuit Exc. DD. Mœgling, Fautor meus omni ætate ſuſcipiendus, commendatiſſimus per internum cinnab. nat. cum volatilibus & ſalibus alcalicis maritatæ uſum ſalivationem procurantibus.

§. 7. Equidem ipſa Cinnabaris utique medicamentum Mercuriale conſtituit, quod plus quadruplo in ſeſe continet mercurii, quam ſulphuris, adeoque ad pituitam viſcidam tenacem incidendam fit efficax, potius tamen ſcopo nervino, antiſpaſtico, antepileptico, cephalico, anodyno, anthelmintico, hyſterico &c. à plerisque exhibetur Practicis, è contrario mercurius dulcis ſeri vitiis tam in quantitate quam qualitate deſtinatur.

§. 8. Di-

§. 8. Diverſæ autem Mercurii præparation
& tractationes Chymicæ tantum non huc redeun
omnes; Mercurius primò commiſcetur ſalibu
atque cum his per ſe ſublimatur, præcipitatur, ſolv
tur &c. in corroſivam qualitatem, quorum med
camentorum uſus, ſi excipias merc. dulc. magis ex
ternus, quam internus eſt, ad ulcera ſordida, ant
qua, rebellia, phagadænica mundificanda, tollend
fœditates cutis ſcabioſas, leproſas ſanandas, ad font
culos inurendos, alioſque uſus cauſticos, quin qu
busdam, ſed ſuo damno ſæpiſſimè, mercurialia hæc
ce conſtituunt ſua cosmetica.

§. 9. Secundò combinatur cum metallis in ne
gotio amalgamationis & cum his amalgamatu
(quanquam metalla, inprimis imperfectiora, ſic al
quamdiu detenta iterum ſenſim ſenſimque ſpon
extrudantur ſub ſchemate utique croci aut calcis au
magiſterii) tractatur rurſum variè per præcipitatio
nes, ſolutiones, ſublimationes varias;

§. 10. Ubi in genere nota omnia medicamen
mercurialia inprimis pro uſu interno ſic parata pe
acceſſum Solis, Lunæ & Jovis fieri efficaciora, tutio
ra, mitiora.

§. 11. Tertiò præterquam quod aſſocietur pin
guibus vegetabilibus in famoſis iſtis unguentis me
curialibus, in pil. antivenereis terebinthinatis Ko
nigy; &c.

§. 12. Conjungitur quoque cum princip
ſulphureo, inflammabili, minerali, in æthiop
minerali, Recentiorum quorundam ita dicto med
camento Kalomelano, ipſa Cinnabari, circa quam
porro ſeqq. nota,

§. 13

§. 13. Quum in ipſo ſulphure præter id, quod inflam̃abile, etiam principium ſalinum, acidum, vitriolicum deprehendatur, ſunt, qui Mercurii elevationem & concretionem in Cinnabarim analogicam volunt iſti, quæ fit cum ſale communi in ſublimatum, corroſivum, venenum.

§. 14. Enim vero in ſulphure acidum eſſe non negaverim, illud tn. minimè adeſt in ſuà forma, qua lædere poteſt, nec enim ſejunctim exiſtit, ſed eſt ſub particularum inflammabilium conſortio & unione probè & amicè occultatum & compoſitum.

§. 15. Hinc ipſa Cinnabaris habet utrumque in ſeſe & Merc.& Sulph. utrumque integrum, neutrum deſtruitur, ſed manet in naturâ ſuâ conjunctum, & ſeorſim poteſt iterum quodlibet facillimè exhiberi modo Chymicis haud ignoto.

§. 16. Quartò tractatur ſine ullâ additione ſolà vi flammæ vel in pulverem inſipidum, aliquantulum fixum rubellum, exemplo Mercurii præcipitati rubri per ſe; aut ſi prius cum auro amalgamatus fuerit, obtinetur ſic Mercurius præcipitatus Solaris per ſe; vel in aquam, de qua Mercurii redactione in aquam conf. Jo. Agricola in Chir. ſua parva, & celeberrimus Boyle in tr. de Producibilitate principiorum Chymicorum.

§. 17. Quintò in negotio ſublimiori alchymico (quanquam ad id nequaquam Mercurium communem, ſed metallorum requiri, quidam urgent,) varie depuratur & nobilitatur, vel per modos communes, coquendo cum aq. communi, aceto, tranſigendo per corium, in ligneo quodam vaſe

probè terendo, ut nulla amplius conſpiciatur nigre-
do &c. vel per amalgamationem cum regulo anti-
monii martiali, & ſepties vel novies ab illo ipſo fa-
ctâ abſtractione & toties repetitâ amalgamatione.

§. 18. At hîc nodus Gordius! hîc labor Hercu-
leus! non tamen fortè deſperandum, ſed alii videant
quomodo regulus Antim. & Mercur. amicè invicem
coire & amalgamari debeant, aut poſſint, aut ve-
lint.

§. 19. Interea annon ſalia cryſtalliſata Mar-
tis & Veneris Philalethæ duarum bianarum locum
explere & mediatores hic exiſtere queant idonei?
Item annon Mercurius ſimpliciter probè purificatus
ſufficiens ſit, ut auro conjungatur, & dicto modo
digeratur in pulverem rubellum? & quomodo
unio mercurii vel communiter, vel magis ſophice
depurati cum auro inſtituenda, ut fiat ſolutio radi-
calis, & ſui multiplicativa? Adeptis meditandi an-
ſam præbeo.

§. 20. Denique ceu arcanum quidam venti-
lant illum modum, quo Mercur. viv. cum ſaccharo
pulveriſant & commiſcent in mortario vitreo, vel la-
pideo ſolido tamdiu terendo, donec in pulverem fa-
tiſcat gryſeum, quem præbent contra vermes, lu-
em veneream, ſcabies leproſas, affectus nervorum,
ſerique vitia.

§. 21. Hoc modo Mercurius quidem à Sali-
bus intactus manet, at nullam quoque ſubit muta-
tionem, aut alteratione intrinſecam; quippe tale ſac-
charum Mercuriale in aqua injectum ſolvitur, & in

fundo

fundo conſpicuus erit ſervus fugitivus, Mercurius currens.

§. 22. Sub finem hîc reticere haud poſſum, non procul ab Argentorato incomparabilem, at difficulter acquirendam, reperiri mineram Cinnabarinam, ex qua magnus quidam Chymicus olim ſulphur Cinnabarinum, & aurum ſuum horizontale longè efficaciora confecit, quam ex ceteris quibuscunque aliis mineris.

CAP. VI.

De Viſceralibus.

§. 1.

PLacuit hoc caput inſignire tit. medicamentorum viſceralium, quippe amara & Martialia, de quibus hîc potiſſimum agimus, iſtorum officium ſecretorium egregie promovent, hepatis, lienis, meſenterii obſtructiones reſerant, ſanguinem per hæc viſcera circulabundum ſervant in ſuo motu integrum, balſamum naturalem & priſtinum vigorem bili reſtituunt.

§. 2. Exin horum medicamentorum ſumma neceſſitas facile patet. Quem in finem Auctor noſter in Pharmacopœiam ſuam Portatilem recipit etiam

§. 3. *Amarum*; utpote quod omninò partim ſcopo abſtergendi, partim bilis defectum

reſarciendi, hujusque vappeſcentiam & inertiam corrigendi, partim fibris partium ſolidarum tonum modice conciliandi, partim intemperiem & cruditatem pituitoſam viſcidam lentam incidendi, partim à corruptela & putredine, præſervandi.

§. 4 Atque in ſpecie in vermibus necandis, in affectibus Chronicis, Cachexiâ tam virorum, quam mulierum, hydrope, ictero, atonia viſcerum horumque obſtructionibus, debilitate ventriculi, febb intermittentibus, quotidiana nimirum & quartana (nec in tertiana legitimâ reformido, modò non ſtatim in principio, ſed primis viis per digeſtiva congrua prius præparatis exhibeatur, aliàs bilem augeret hîc accuſari ſolitam) locum habebit,

§. 5. Et dictis ſcopis ſatisfacient nominatæ plantæ & herbæ, ceu *Cent. min. card. bened. trifol. fibrin.* Quibus ſi placet adde Scordium, de quo in peculiari diſſert. eaque inaugurali plura.

§. 6. Quæ poterunt exhiberi vel in ipſa ſubſtantia ſiccâ pulveriſata, & ſaccharo edulcorata, vel bibi adinſtar infuſi herbæ Thee, quo modo & principio aqueo in tantum temperatur earundem amarities; vel in ipſarum extractis & eſſentiis, vel vinis Medicatis, vel aquæ tartareæ Martiali, ſive Acidulis artificialibus Exc. D. Muralti, Domini mei Patroni colendiſſimi, non ſine fructu adduntur, quarum varias vidi deſcriptiones.

§. 7. Res autem paucis huc redit; limat. Mart. puriſſ. & tartar. puriſſ. quibus tantillum cinam. additur, affunditur vin. alb. & aq. fervid. font. anatica quantitas, ſpatulâ ferreâ ſubinde agitando usque

ad refrigerium, de filtraro liquore ſingulis mane unum alterumve cochlear ſumitur.

§. 8 Quibus ſpeciebus Juniorem D. Muraltum, ſimiliter Fautorem Honoratiſſ. ſuperaddere fol. ſenn. atque in affectibus Chronicis, melancholicis, hypochondriacis magni habere, ex ipſiſſimo ſuo ore quondam hauſi.

§. 9. Hæc formula ſi quibusdam haud ad palatum eſſet, minusque grata exiſteret, aut forte quorundam nauſeabundus ſtomachus (uti mihi haud ignota eſt talis chlorotico-cachectica virgo, cui dictam aquam tartar martial. ſuaſi, ex cujus uſu belle ſeſe habebat: at quoties ſumebat, toties conquerebatur de nauſea & vomituritione, adeo ut quum præterlapſo menſtruo ſpatio iterum in uſum ducere vellet, ſeponere coacta fuerit) non benè ferat, elige unum ex dictarum amararum herbarum extractis, v. gr. extract. trifol fibrin. atque redige ſimpliciſſimam ferri ſive chalybis limaturam in formam pilularem, æque ſcopum tuum obtinebis.

§. 10. Mars ſanè amat exhiberi optimè vel cum ſalſo neutro tartari, vel cum extracto amaro, utroque aperiente, abſtergente, incidente; & ſic conducit affectibus Chronicis obſtructiones meſenterii vicinorumque viſcerum reſerando, horum magma, ſive viſciditatem, craſſitiem, lentorem incidendo, abſtergendo, atoniam blande firmando, roborando.

§. 11. Nec ullum dubium, quin plus præſtemus hoc modo, quam ſi ægrotum multis & enormibus Purgantibus, aut ita dictis ſirupis ſpleneticis

& neſcio quibus aliis torqueamus atque affligamus.

§. 12. Bene tn. Martialibus præmitti Laxantiisque interdum tale ſubjungi, & alternatim exhiberi poſſe, & ratio & experientia comprobant.

§. 13. Etenim Aperientia & Evacuantia non ſolum ſibi invicem haud malè ſuccedi, ſed & quam optimè conjungi, jamdudum Practici paſſim annotarunt atque inculcarunt.

§. 14. Quo fine Exc. D. Wedelius conficit tinct. Martis helleboratam magni utique faciendam atque huc jure referendam; utpote in illa ex una parte Mars morborum Chronicorum tantum non unicus & certiſſimus debellator, ex altera parte helleborus humorum craſſorum, fixorum, feliciſſimus eductor, cum ſale acidi ſalſi reſolvente & detergente tartaro amicè conſpirant.

§. 15. Similem tinct. Mart. helleborat. via Ludoviciana parat Exc. D Kœnig in r. min. pag. 348 limat. mart. ſubſtituendo vitriolum Martis, cujus uſu fatuitatem cujusdam puellæ mire ſublevatam ſcribit.

§. 16. Nullo quoque negotio dictis extractis amaris vel addi, vel pro rei neceſſitate ſurrogari poterit extractum hellebori & formari Maſſa pilularis martialis helleborata; cujus utilitatem

§. 17. Ruſticusquidã Seiſſenſis melancholico-maniacus curæ meæ per pauculum temporis ſpatium concreditus, ſuperbibendo acidulas artificiales ſupra laudati Exc. D. Muralti optimè ſenſit, mentis iterum reſtitutus, negotia ſua obiens, uti antea, libere.

§. 18. In

§. 18. Interea me haud latet, quosdam Recentiorum obſtructiones viſcerum & venarum meſaraicarum à Vett. accuſari ſolitas & hîc aliquoties adductas exſibilare atque explodare; & ê contrario potius alios ſtomachum, alios ſyſtema nervoſum & plexus meſentericos ſubjectum cauſſæ & morbi contendere.

§. 19. Sed his reſpondendum eſſe mihi videtur, unius rei (cauſſæ) poſitionem, non eſſe ſtatim alterius excluſionem; Quis enim dubitabit, quin ventriculi vitia & hujus cruditates, plexus meſenterici ſpasmodicè affecti, vel ut coeffectus, vel ut cauſſa cum viſcerum vitiis, horum intumeſcentia, infarctu, & ſanguinis per illa impedita circulatione ob craſſitiem benè invicem ſtare poſſint.

§. 20. Plexus meſenterici ſi ſpasmodicè conſtringantur, quum nervi ſint ubique ſocii arteriarum & venarum, ſanguinis circulo remoram ſimiliter poni, largiſſime concedo.

§. 21. At annon hæc criſpatura ſi non ſemper, plerumque tamen ab acrimonia vel volatili bilioſa, vel tartarea fixa melancholica provenit? Quæ inprimis poſterior ſanguinem ſpiſſiorem, craſſiorem, ſicque ægre per viſcera circulantem reddit.

§. 22. Quod ut magis pateat, ſiſtimus hîc ſyllogen compendioſam cauſſarum morbos viſcerum imi ventris, hepatis ſc. lienis & meſenterii conſtituentium.

§. 23. Hepatis morbi fundantur potiſſimum primò in impedito circulo ſanguinis reflui ab inferioribus partibus, tendentis in venam Portæ & ab-

hinc in venam cavam; vel ob ipſam hepatis ſub-ſtantiam induratam, ſchirroſam &c. vel ob ſangui-nis craſſitiem, viſciditatem, lentorem, vel ob fibra-rum promoventium laxitatem, flacciditatem, ato-niam vel ob criſpaturam nervorum & plexus he-patici.

§. 24. Indicantur ergo Antiſpaſtica & Aperien-tia ejusmodi, quæ poſt ſe relinquunt tonum par-tium, eumque inſimul blande firmant, roborant, qualia ſunt dicta Martialia, ex r. veget. rhabarb. gent.

§. 25. Secundò in ſecretione bilis, tam pro uſu ſanguinis, quam chyli, cujus deviationes ſunt quam plurimæ, eoque ipſo pro iſtarum diverſitate diverſi effectus & Indicationes, ſufficit innuiſſe ob modò dictum impedimentum circulationis ſanguinis, ob bilem vel planè non ſecretam, vel nimis aquoſam, ſegnem, vappeſcentem atque ob vaſorum lympha-ticorum aperturam, uti multos alios affectus Chronicos, ita ipſum hydropem ab hepate induci poſſe.

§. 26. Sic Morbi à Vett. & adhuc iſtorum ve-ſtigia ſequente vulgo calido hepati adſcribi ſoliti, utpote phlogoſes, æſtus, Eryſipelata, puſtulæ ar-dentes hinc inde in corpore, facie &c. erumpen-tes &c. Secundum recentiores commodius dedu-cuntur à bile in quantitate vel qualitate acriori, fer-vidiori, volatiori peccante eaque vel M.æ S.æ ad-huc coexiſtente, vel in ipſo organo hepate jam ſepa-ratâ.

§. 27. Non

§. 27. Non minus iſta formula loquendi in vitâ communi, *hepar non coquere bonum ſanguinem, ſed multam aquam*, intelligenda eſt vel de hepate, qua peccat in officio ſuo ſecretorio, in depurando ſanguinem, atoniâ, vel de bile vappeſcente, aquoſa tali, qualis in tota maſſa ſanguinea jam prius præextitit.

§. 28. Interea nemini vitio vertendum, ſi loquatur, cum plebe, & ſentiat cum doctis.

§. 29. Tertiò in ipſâ ſua ſubſtantia, quæ morbis Intemperiei, conformitatis & ſolutæ unitatis vel inflammationi, indurationi, ſchirroſitati, obſtructionibus, laxitati, vulneribus aliisque injuriis violentis æque obnoxia eſt.

§. 30. Quartò in ductibus ſuis biliaribus, ad quorum obſtructionem alvi ſiccitas, tarditas, chyli viſciditas, tenacitas, vias lacteas ægrè permeans totius corporis flavedo, icterus &c. eorundem vero nimium hiatum bile inprimis peccante exceſſu, diarrhœæ bilioſæ & vomitus bilioſi ſequuntur.

§. 31. Lienis vitia huc ſpectant, quia nil aliud, niſi organon coadjutorium hepatis & pleraque medicamenta ſplenetica ſunt partim amara, partim antiſcorbutica, partim Hepatica.

§. 32. Huc ſpectat ſententia Kozak in tr. de Sale, vermium generationem in venis meſaraicis & veſicula bilis ſibi concipientis facilem.

§. 33. Meſenterium in Pathologia ob tres reſpectus magni eſto momenti; primò quia chylus per illud perreptat, hinc à glandularum meſenterii infarctu, obſtructione ſequitur atrophia.

§. 34. Secundò ob plexum nervorum, qui magnum conſenſum habet & conſpirat cum nervi cordis, hepatis, lienis, ventriculi, uteri &c. Ita ut omnino ab hoc plexu nervorum meſenterico mult affectus Chronici, malum hypochondriacum, paſſio hyſterica, non excluſis vitiis viſcerum & ſanguinis, originem ſuam trahant.

§. 35. Tertiò ob circulum ſanguinis per hanc duplicaturam membranarum, quæ multa pinguedine, glandulis & vaſis prædita, tendentis ad venam Portæ.

§. 36. Et denique ob ipſas venas Hæmorrhoidales internas.

§. 37. An cum refluo ſanguine per venas meſeraicas portio chyli ſimul poſſit vehi & ad Venam Portæ perferri? problema eſt. Qui id affirmant, adducunt exemplum avium, quæ non habent venas lacteas & tn. nutriuntur absque ullâ controverſiâ.

§. 38. Laudato Kozak Venæ meſaraicæ non deferendo chylo in hepar, ſed excernendis fecibus ex venis totius corporis per hepar diſperſis, vel in hepate quaſi concentratis deſtinatæ ſunt & reputantur pro commodo receptaculo excrementorum ſanguineorum & cibulentorum, ſive emunctorio ſanguinis venoſi. Plura apud ipſum Auctorem reperies vitia meſenterii ſpectantia.

§. 39. Morbi Pancreatis, uti meſenterii ad modum occulti ſunt, interim quicquid de glandul dicitur, dici etiam poteſt de Pancreate.

§. 40. In ſpecie ab ipſius liquoris nimia effuſione in inteſtina ſequuntur diarrhœæ ſeroſæ; Sylvius à ſucco pancreatico deducit febres.

CAP. V.

De

Stomachicis.

§. 1.

QUæ hîc adducit Auctor, optimè inſerviunt Praxi conciſæ, quippe quod de elect. Stomach. Str. Sibi quis promittere atque ſperare poteſt, illud præſtat *Acorus*; qui iſtius locum cum fructu ſupplebit.

§. 2. *Nux Moſchata* flatulentiam cereviſiæ & aquæ cruditatem in ſubjectis aliàs debili tono ventriculi donatis egregiè corrigit, multumque tollit; item vel ſola comeſta cohibet feliciter alvi fluxus absque febrili ſatellite orientes & ſævientes.

§. 3. Et tandem *Zedoariam* in paſſione Colica præſentaneam tuliſſe opem, ipſum ægrum mihi ſignificaſſe memini.

§. 4. Præter hanc virtutem Zedoaria quoque excellit quam maxime in febb. & morbis malignis ſcopo tam prophylactico, quam curatorio, in menſibus ciendis.

§. 5. Vett. conformiter ſuæ hypotheſi, quâ putarunt omnes flatus unice oriri ex viſcidâ & tenaci pituitâ, non ſimul ex bilioſâ acrimonia & acido fi-

xo tartareo, calida oppoſuerunt flatibus, ea opi-nione ducti, hæc, dum calorem reddunt fortiorem pituitam reſolvere, eoque ipſo flatus carminare ſive diſcutere.

§. 6. Nos vero circa Aromatica & Carminan-tia calida ita ſentimus: Utique quando ſermo eſt de fibrarum motricium atoniâ, flacciditate, debili-tate, quando peccat cruditas pituitoſa acida, craſſa fixa melancholica, tunc calida locum habere, & ſunt ipſiſſima, quæ aliàs ſub tit. Stomachicorum & aro-maticorum innoteſcunt.

§. 7. Quod ſi vero flatus mineram ſuam ha-beant potius à cauſſa bilioſa acri, in fibrarum ſpas-modica conſtrictione, tunc abſorbentibus, nervi-nis, antiſpaſticis potius pugnandum atque Carmi-nantia calida vel planè non, vel plane admodum ceu condimentum & cum aliis contemperata uſurpan-da erunt.

§. 8. Et dantur ſane caſus, in quibus Abſor-bentia, alcalina, terrea plus valent, quam calida aro-matica bilioſam acrimoniā fervidiorem reddentia, & fixitatem Melancholicam facilè in volatilitatem Maniacam concitantia, inter hæc tn. lign. Saſſafr. cort. citr. & aurant. medium tenere videntur.

§. 9. Quanquam conſerva ros. r. ceteris ſto-machicis palmam facilè dubiam reddit, tot tantisq; ſuperbiens viribus, ut jure merentiſſimo non tam inter euporiſta & polychreſta referatur, ſed & tan-tum non cunctorum electuariorum Excipiens com-modiſſimum exiſtat.

§. 10. Im

§. 10. In gratiam illorum, qui formas remediorum humidas præ ſiccis, aquas, ſpiritus, tincturas præ pulveribus, ſpeciebus amant, commendo primò Vinum Juniperinum, nón quidem illud, quod caupones vendunt, atque pro hoc ſcopo communiter viliſſimum & ſat auſterum ſumunt vinum, ſed ſimpliciſſime parandum ex bono ſpiritu Juniperi & vino Malvatico ſ. Hiſpanico in anatica quantitate invicem mixtis.

§. 11. Profecto hoc vinum Malvatico-Juniperinum tam palato, quam ſtomacho gratum eſt & conducit; Vinum Malvat. in ſe, ſi tempeſtivè, legitimè, diſtinctim pro conditione ſubjecti & modò ſuggeſtis cautelis uſurpetur, ſtomachicum audit; Juniperus uti potens in movenda urina, ita eo ipſo uſum carminativi tuebitur: etenim quo liberius, redditur urina, eo minus urget flatulentia, & huic ſæpe plus medemur movendo urinam, quam calida exhibendo flatus diſcutientia.

§. 12. Alterum debeo liberalitati Exc. D. Zuillingii, Practici Lindavienſis nuper defuncti & conſtituit eſſ. aurant. carminat. & ſtomach. ſeq. in modum parandam: ℞ pomor. aurant. num. XXV. decorticentur ſubtiliſſime & flavedo in minutiſſimas conſcindatur particulas, inde cucurbitæ & ſuperfunde ſpirit. vin. opt. mens. ij. ſuperponatur alembicus & in cineres collocetur applicato Recipiente quam optimè adaptato & obturato, ſtent in digeſtione per 24. horas, poſtquam lentiſſimè deſtillentur, deſtillatum obturatum ſerva in uſum; pulpam autem à cortice albo ſepara inſimul cum

fila-

filamentis, contundantur in mortario marmoreo, & exprimatur ſuccus, cui add. ſacch. alb. pulv. & aq. roſ. vel fœnic. & anis. ſolut. ℔ij. miſce cum ſucco aurant. quam optimè & ſuccum commixtum ſuperiori deſtillato adde, commiſceantur omnia exactè, & ſtent ad ſedimentum fecum, poſtea filtra per chartam & reſerva uſui. Poterit etiam commiſceri vino Malvat. pro aq. ſtomachali.

§. 13. Ex aromaticis elixir levi opera quilibet obtinebit: piper n. Zedoar. caryphoyll. aromat. vel loco horum maſtich. el. cinam acutiſſ. lign. ſaſſafr. infundendo ſpir. vin. tartariſat. vel alios benè rectificat.

§. 14. Inter officinalia compoſita pro Medicina Portabili ſpec. aromat. roſat. & diarrh. abb. vel ſolus pulv. ſtomach. B. in ſubſidium vocari poterunt.

§. 15. Subjuncta ſimilis ſylloge cauſſas & hinc petendas Indicationes affectuum ſtomachi comprehendens limitabit uſum ſtomachicorum & alia quoque medicamenta locum habere oſtendet.

§. 16. Affectus Stomachi præcipuè dependent partim ab ipſius fermento, ſive ex ipſius tunicis exſudante liquore, qui ſubacidus, volatilis, ſpirituoſus, menſtruum alimentorum traditur;

§. 17. Hic modò planè deficit, modò peccat quantitate excedente, modò infectus & inquinatus eſt peregrinis ſaporibus à reliquiis ciborum & cruditatibus, utpote pituitoſis, bilioſis, nidoroſis acidis.

§. 18. Hi

§. 18. Hinc indicantur modò amariuſcula, calida, incidentia, amara aromatica; modò acidiuſcula, qualè acetum, temperantia, humectantia; modò antacida, alcalina, qualia abſorbentia.

§. 19. Partim à ſuis fibris carneis motricibus, quæ mox atonia, imbecillitate laborantes ſtringendæ, roborandæ per aromatica; jam à quocunque ſtimulo, heterogeneo, ſalino ſubindè laceſſuntur in Cholera v. gr. vomitibus, hincque illud infringendum per abſorbentia, mucilaginoſa, opiata; in ſpecie huc ſpectat conſerva roſar. r.

§. 20. Partim ab orificio ſiniſtro, utpote nimis ſenſili, tenero, delicato ob cinctam nervorum coronam; hoc particularem conſtituit affectum ſub nomine Cardialgiæ, quæ ſi ab inflammatione orificii, indicantur aliàs inflammationibus dicata;

§. 21. Quod ſi vero ab humore acri, laceſſente, vel per Purgantia excitato vel cœco quaſi naturæ ductu huc delato, indicantur ſtomachica, abſorbentia, antiſpaſtica; Si ab abraſo muco, mucilaginoſa.

§. 22. Partim ab ingeſtis tam venenis, quam citiſſimè eliminandis per vomitoria aut infringendis per theriacalia, Abſorbentia, nervina &c. quam alimentis, quæ ſi ingerantur quantitate nimia, ventriculus haud par eſt illis concoquendis, adeo ut remaneant partim cruda, viſcida, ſemicocta, partim pro indole ſua modò ſubinde ſtimulent ad vomitus, modò ipſum gravent pondere, modò diſtendant flatulentiâ ſuâ.

§. 23. Cibi

§. 23. Cibi viſcidi, glutinoſi, flatulenti, in qui-
bus parum eſt nutrimenti, multum humiditatis &
frigiditatis fovent, & alunt cruditates pituitoſas,
temperamentum phlegmaticum facilè in intempe-
riem deducunt, ætati ſenili nocent &c.

§. 24. Cibi nimis aromatici, calidi, vina genero-
ſa, ſpiritus vini &c. augent cruditatem bilioſam,
temperiem cholericam, & ætati juvenili, virili fu-
giendi aut ſaltem contemperandi.

§. 25. Qui vero cibi & potus nimis ſaliti ce-
carnes induratæ, fumatæ, caſeus, facile corruptibi-
les, ut fructus horei quicunque fermenteſcibiles,
vina auſtera, cereviſia aceſcens, ſuſtentant caco-
chymiam acidam, temperiem melancholicam &c.

§. 26. Tandem cibi & potus in hac quantitate
& qualitate ſumantur, ut benè ingeramus, benè di-
geramus atque benè egeramus, ſicque ſani ſimus &
maneamus.

§. 27. Ex obſtructo Pyloro (& motu inteſti-
norum periſtaltico inverſo) ſequitur non tam
alvi conſtipatio, quam intra parvum temporis in-
tervallum Revomitio contentorum, quam in coli-
cis cruciatibus inprimis ſubitò ceſſantibus ab inte-
ſtinis ſphacelatis ob extremitatem acrimoniæ ſalis
intrinſeci eoque ipſo ad vitalia munia omnino in-
eptis derivat. Kozak. l. c.

§. 28. Sanguinis culpam luunt primæ viæ,
quatenus iſte liquor, qui ex faucibus, ventriculo, in-
teſtinis &c. exſudat, pro fonte agnoſcit totam maſ-
ſam ſanguineam.

§. 29. Viciſſim primarum viarum lues nocet anguini arterioſo & venoſo, quia qualis chylus inibi elaboratur, talis communicatur ſanguini, talis tiam ſanguis aſſimilatur in ſubſtantiam partis aendæ.

§. 30 Nobis autem primam concoctionem contituit chylificatio, ſecundam Sanguificatio, tertiam pſius ſanguinis & cum hoc portionis gelatinoſæ, hyloſæ aſſimilatio, applicatio, transmutatio in uamlibet partem alendam.

31. Unde patet veritas iſtius dicterii: Vitia rimæ concoctionis non corriguntur in ſecundâ, nultominus in tertiâ, tam in moralibus, quam naturalibus,

CAP. VI.

De
Balſamicis.

§. 1.

HOrum Medicamentorum virtus in genere eſt mundificatoria, conſolidatoria, præſervatoa à putredine.

§. 2. Partes, quibus talia Medicamenta deſtiantur, ſunt præter externas, pectus contra putrilainem in pulmonibus exulceratis, inteſtina, renes, eſicæ, genitalia in ulceribus, fluore albo, exulcetione, gonnorrhoea, &c.

§. 3. Vehicula & media, queis commode ino ſummi queant, præbent primò albumen ovi, ſic

terebinth. vel balſ. Peruvian. cum hoc mixta con
ſtituunt Chirurgorum Digeſtivum tutiſſimum.

§. 4. Secundò ipſum ſaccharum ad illum mo
dum, quo alias cum oleis deſtillatis parant ita dict
elæoſachara; aut loco hujus antimon. diaph. oc
69. præparat.

§. 5. Tertiò ſpiritus vini hos reſinoſos liquore
facile admittit, & ipſorum eſſentiam ſolvit; qui
mel roſat. olea deſtillata &c. quoque inſerviun
balſamicorum vehiculis.

§. 6. Ad latus Myrrhæ, quam hîc producit Au
ctor, poni poſſunt aloes, balſ. Peruvian. &c.

§. 7. Tam myrrha autem, quam aloes præte
vim balſamicam, putredini reſiſtentem, ex ſumm
ſuo amarore metienda quoque ſunt; proin quæ c
amaris ſupra jam tacta fuerunt, ea & hîc redeun
atque de hiſce duobus balſamicis remediis valent;

§. 8. Egregiâ ſcilicet illa ipſa gaudere vi abſter
gendi, incidendi (ſimul tn. fibrarum tonum modic
roborandi) inprimis ſi hiſce addantur ſalia ſalſa neu
tra, uti fecit Clauderus in elixire ſuo aperitivo;

§. 9. Quod vel ſolum noſtram intentionem
hic implere poteſt; præterquam enim quod illu
ſordes & cruditates ventriculi, ex commiſſis error
bus diætæ contractas optimè detergat, facultatem
expultricem leniter admoneat ſui officii excretor
viſcidum tenax reſolvat, incidat, accedit, quod præ
caveat, ne in putredinem abeant dictæ cruditates, a
que viſceribus infimi ventris optimè proſpiciat.

§. 10. Nec eſt, quod quis timeat aloem tan
quam venarum hæmorrhoidalium reſerativam pa
ſim

ſim accuſari ſolitam: quippe ſubſtantia ipſius gummoſa non æque tam nociva reputatur, uti reſinoſa, at hujus ſolutionem, extractionem nec acida, nec alcalia, nec ſalia neutra ſatis aptè & ſufficienter facilitant, uti ſupra de gialappa monitum fuit;

§. 11. Deinde vix ac ne vix quidem, niſi in prædiſpoſitos vel vi temperiei, vel morbi, & qui forte jam olim dictarum venarum hiatu laborarunt, vim ſuam reſerantem exercebit.

§. 12. Venerandus D. Bilgerus p. m. plus quam per triginta annos ſingulis noctibus ſumſit pil. F. F. in ſat liberali doſi, nec tamen hunc fluxum unquam ſenſit, nec etiam illi hunc paſſi fuerunt, quibus dictam maſſam pilularem ſuaſit in doloribus arthriticis, podagricis, uti non ſemel coram me olim retulit.

§. 13. Hunc imitatur honoratiſſimus Dn. meus Avunculus D. Riedlinus, ſingulis noctibus deglutiendo pilulam alœticam.

§. 14. Ipſe tantum non omni manè & veſperi præſervationis ergo à febre tertianà, quâ olim Tubingæ primum correpto epidemicè iſtius ferocia haud pepercit ante annum in locis remotioribus ceu Tiguri, ſumo modò dictum elix. aperit. cl, gtt. LX.

§. 15. Quod ipſe conficio omiſſo croco & ſubſtituto cortice, nec non aq. fl. ſamb. additis pluribus aquis deſtillatis ceu aq. fl. acac. noſt. aq. fumar. cochlear.

§. 16. Quanquam ultima vice paravi illud menſtruo decocto lign. ſaſſafr. ſale communi imprægnat. & filtrato.

§. 17. Ex cujus uſu fermè quotidiano tantum abeſt, ut hæmorrhoidale quid animadvertam, ut potius Dei Gratia hanc usque in horam liber vivam à dicta febri Tubingenſi, quæ alias plerumque ſoli vertente iterum recurrere ſolet.

§. 18. Quod ſi vero quis ab aloe adeo abhorreat, ut ipſius uſu abſtinere omninò cupiat, myrrha quam hic Auctor commendat, optimum ipſius ſuccedaneum erit: quanquam enim non æque vim laxantem exerat, hunc ſcopum tamen obtinebimus in elix. aperit. Cl. utut omittatur aloes ob cineres clavellatos ceu ſal ſalſum digeſtivum, vel vim Purgantem in doſi fortiori exſerens, uti infra pluribus videbimus.

§. 19. Myrrhæ autem in ac per ſe conſideratæ uſus & vires præter vim balſamicam tam internam in petechiis & ipſa peſte, quæ de ſanguine in putredinem atque ſpacelum tendente ſufficienter teſtantur, quam externam in vulneribus & ulceribus putridis, ſordidis, verminoſis, cacœthicis, phagadænicis.

§. 20. Sunt præſtantiſſimæ in expellendis exanthematibus variolaceis, morbillaceis, petechialibus eryſipelaceis, in necandis vermibus, in ciendis menſibus, in roborandis viſceribus infimi ventris, in morbis puerperarum, in lochiis & ſecundinis promovendis, &c.

§. 21. Balſami peruviani vires ſpeciales ut paucis quoque tangamus, ipſius uſus eſt primò externus in vulneribus ſanandis, in primis partium nervearum (cui quidam ol. terebinth. ſurrogant) ma-

mall-

malè: quippe omnes arbores reſiniferæ, coniferæ balſamicæ ſunt naturæ, quandò vel ſic ſolum calidè inſtillatur, vel commiſcetur melli & ſpiritui vini, vel ubi putredini magis reſiſtendum Ol. C. C. deſtillato fœtido.

§. 22. Sed cave tibi ab omnibus pinguibus, balſamicis, oleoſis in tractatione oſſium, utpote quibus iſta minus conveniunt, ſuffragante Auctore Deliciarum Medico-Chirurgicarum Lipſienſ. p. m. 7. ſed ſi vulnera pertingant usque ad oſſa, illa volunt potius tegi vel inſperſis ſolum ſiccis pulveribus, vel inditis carptis linteolisve, vel appropriatis magis ipſorum naturæ.

§. 23. Sic qui poros cutis externæ obſtrui ab oleoſis deprehenderunt, ipſorum uſum rejiciunt in inflammationibus eryſipelaceis, & ſubſtituunt ſpiritus hermaphroditicos.

§. 24. Secundò præter uſum internum Auctoris, quo *viſceribus infimi ventris commodé ſubvenire licet*, cum extracto quodam pectorali in pilulas redactum hoc balſamum egregie conducit affectibus pectoris, tuſſi inveteratæ, aſthmati, ubi purulenta, putrida, fœtida exſcreantur.

§. 25. Tertiò in exulceratione inteſtinorum, renum, veſicæ, fluore albo, gonorrhœa, ſcopo mundificandi, detergendi, conſolidandi commendatur.

§. 26. Quartò cum ſir pap err. aut hujus defectu, aut loco, cum ſaccharo in elæoſacchar. redactum ſingultientibus cum fructu exhibetur.

§. 27. Quod ipſum mihi in memoriam revocat, ruſticum quendãSuppingenſem dyſentericum, quem

prius teneſmus, dein ſingultus multum vexabant atque affligebant, in ſingultu juviſſe tandem fruſtum panis duriuſculum ex cruſtâ ipſius ſenſim ſenſimque deglutitum.

§. 28. Parili modo corticem duriorem panis domeſtici ſpaſmodicam gulæ contractionem, commune malum hyſtericis, atque quo iſta toties corripitur, quoties menſtruatur, ſibi ſedare atque reprimere, ipſa quædam femina mihi dixit

§ 29. Alius ex communicatione Exc. D. Mœglingi cibum ſolidiorem avidius ingeſtum & quandoque in gulâ propè & ſupra, orificium ventriculi ſuperius hærentem promtè promovere poteſt ſuctione digiti, & reſtituto ſic motu periſtaltico œſophagi.

§. 30. In favorem tam illorum, qui L. Emerici à Sthal compoſita undiquaque ſollicite conquirunt & colligunt, tam horum, qui forte deſtituti ſunt Exc. D. Kœnigii regnis, in quibus pariter iſtius Elixir diathein, ſed ſub tit. Elixir. ſulphur. balſamic. Schnorfii occultatum occurrit, publici juris hîc facio hujus Emerici Elixir Balſamicum ſeq in modum parandum: ℞. fl. ſulphur. ſal. tartar. nitidiſſ. ana ℥iiij. calcinentur ac fundantur in crucibulo ſuper igne mediocri, poſtea fuſum adhuc calidè redigatur in pulverem, ac inde tincturam extrahe ſpiritu vini tartariſato; tincturæ filtratæ Add. aloes, Myrrh. Caryoph. ana ʒij. cubeb. cin. Zingib. Zedoar. rad. angel. Imper. ſcorzoner. bacc. laur. camph, caſtor. ana ʒj. benzœs ʒij. ſuccin. opt. ʒiß. M.

§. 31.

§. 31. Hoc elixire ſi quis velit uti loco liquo-
rum Balſamicorum, in quibus corpora im̄iſſa, v. gr.
fœtum per abortum rejectum, curioſi conſervant à
putredine, & ſat diu cuſtodire ſolent, qualem mihi
quondam demonſtravit D. Rommelius p.m.per vi-
ginti jam annos integrum omnisque putredinis ex-
pertem puerulum, fine ſuo non prorſus fruſtrabi-
tur, quum aliàs ad ipſam balſamationem cadave-
rum præter herbas vulnerarias, alexipharmacas,
reſinoſas calculum ſuum tribuant aloes, myrrha,
camphora, ſuccinum.

§. 32. Ipſe Spiritus vini vel ſic ſimplex benè recti-
ficatus, vel ulteriori reſinoſorum corporum quæ in-
time admittit, virtute alteratus hunc in ſcopum
utilis erit.

CAP. VII.

De

Thoracicis.

§. 1.

PEctorale recipit Auctor in pharmaciam ſuam
Portatilem, ſed nullius meminit, aut exempli
loco adducit.

§. 2. Supra aſari rad. inter Purgantia pro Pe-
ctore retulimus, his ſi quis minus tutò fidere velit,
agaricus tutiſſime eligi poterit.

§. 3. Enimvero tam pro diverſitate morbo-rum thoracis, quam ipſorum medicamentorum be-nè diverſa hic occurrunt.

§. 4. Sic modò conveniunt remedia calida, a-cria, tenuium partium, incidentia, reſolventia, ſti-mulantia, qualia debentur lentori, viſciditati, craſſi-tiei, pituitæ in pectore ſtagnantis, quæ tamen inter-dum febrem colliquativam & ſimilia phænomena, quæ ab ulcere pulmonum proveniunt, conjuncta habet, uti unà mecum Exc. D. Zellerus in com-muni quodam ægro probè annotavit, eoque ipſi-curam difficiliorem reddit, atque tum nonniſi, quæ lubricitate ſua expectorationem promovent, facili-tant, ſuadenda erunt.

§. 5. Modò indicantur remedia frigida, blanda, inſipida, incraſſantia, quæ partim temperant, de-mulcent, leniunt, partim facultatem expultricem ir-ritatam ſedant, mitigant, partim ſerum tenue, acre, fluxiles humores inviſcant; huc ergo ſpectant ab-ſorbentia, mucilaginoſa, pinguia, dulcia, ipſa opia-ta, qualia poſcit catarrhus tenuis, acris, ſalſus, im-aniter ſtimulans & irritans.

§. 6. Quibus merito jungenda ſunt balſamica (& inter hæc in ſpecie balſ. peruv. & elix. balſam. vel eſſ. fl. hyper. putredini tam pituitæ, quam ipſius ſanguinis extravaſati in hæmoptoe diu ſtagnantis & gravantis pulmones, quin ipſius viſceris reſiſtentia.

§. 7. Notæ vero de balſamicis in genere & im-primis quando cum oleis deſtillatis miſceantur, in balſam. ſulphur. aniſat. & terebinth. hæc minus convenire, aut ſaltem parcè exhibenda eſſe in mor-

bi-

bis cum febre, à cauſſa calida, in ſubjecto bilioſo calido, ſicco, ſtatu inflammatorio, febrili, &c

§. 8. Priori Claſſi pectoralium inſerendus & tantum non adinſtar omnium erit ſpiritus ſalis armoniac. vel ſic ſolus & macer, vel dulcis vinoſus, vel cum oleis deſtillatis in ſpir. ſal. armon. anis. (quem potius cum ſem. quam ipſius oleo parandum quidam judicant,) liq. vol. oleos. S. jam modificatus, vel demum ex tempore dictis oleis commiſcendus, quod quidam Practici inculcant, vel tandem cum metallo aperiente, abſorbente, viſcerali Marte in tinct. mart. cœruleà combinatus.

§. 9. Litigant equidem Auctores circa hanc Tinct. num colorem ſuum cœleſtem debeat ferro, & annon potius ille cupri ſit criterium?

§. 10. Ego hactenus nonniſi trium recordor perſonarum, quibus iſta Tinct. exhibita fuit, atq; verum ſi fatear, quæ obſervavi, potius militare pro venere quam marte videntur.

§. 11. Baſileæ dum degerem, amiciſſimè vivebam cum Nobiliſſ. D. Wurffbain juniore Norimbergenſi. Hic aliquando querebatur de dolore punctorio lateris, quem adſcripſit febri ſuæ ardenti, quâ olim laboravit, hac occaſione ipſi vires tinct. Mart. cœrul. reſolventes & deobſtruentes commendavi & perſuaſi, ut vel curioſitatis & tentaminis ergo XX. vel plures ſumeret guttas; vix his deglutitis ſenſit nauſeam & vomituritionem, atque mihi exprobravit, quamnam ipſi dederim medicinam, & annon forte erraverim in doſi, quæſivit; poſtridie autem nullæ amplius quærelæ de dolore audiebantur.

§. 12. In Noſodochio Baſileenſi guttâ ſerenâ ex lapſu graviore laboranti cum deliriis, multis jam aliis tentatis, exhibuit Exc. D. Zuingerus, hoſpes meus quondam benigniſſimus, nunc fautor æſtumatiſſimus, pariter tinct. Mart. cœrul. Sed non meæ deſcriptionis, absque quidem effectu, niſi quod deliria mihi viderentur in tantum remiſiſſe: Ipſum autem ægrum nec de nauſea, nec de conatu vomendi queſtum fuiſſe memini.

§. 13. Bernæ puerpera ex imminuto lochiorum fluxu tam febrilia, quam hyſterica graviter perpetiens ſumſit ſimiliter meo ſuaſu hanc tincturam, ex cujus uſu pariter nauſeabunda erat, interea tn. indies meliuſcule ſeſe habere occipiebat, lochiis melius fluentibus.

§. 14. Hæc itaque nauſea & iſte conatus vomendi utique videntur redolere indolem & naturam cupri, niſi forte potius (quod ego quidem cum aliis autumo) effectus ſint ingrati iſtius ſaporis, quem tinct. m. d. à ſale tartar. volat. ſuperaddito habet.

§. 15. Enimvero hanc controverſiam non meam facio, ſed, quum alias quidam Chymici in conjunctione ſal. ammoniac. & mart. quam plurimum deſudent, illis, quibus hæc tinct. ſuſpecta eſt ob cupri præſentiam, qui tn. metus viribus Medicamenti nil quicquam detrahit, de ſubſtituendo alio modo & proceſſu, cujus fundamentum æque Mars cum ſal. armon. & tartar. maneat & eſto, meditandi occaſionem hîc præbebo.

§. 16. Vi-

§. 16. Viſitaveram in itinere Bernæ pharmacopœiam Dn. Knecktii, inibique fortuito incidi in Dn. Felin, Medici Galli formulam, quæ conſtabat ex ſpir. ſal. armon. & tartar. ni fallor anatica quantitate: hac formula vix conſpecta, ceu ſuccedaneum extemporaneum noſtræ eſſent. Martialis judicavi, ulterius ita mecum ratiocinans:

§. 17. Si hæc tria, ſpir. ſal armon. ſpir. tartar. tinct. Mart. vel modo Ludoviciano, vel ſuccis, vel ſimplici aceto parata, ex tempore combinarentur; aut ſi ex Marte puriſſimo, vel vitriolo Martis & tartaro prius calcinatis, vel ſimplici aqua ad mellaginis conſiſtentiam lentè coctis, mediante ſpiritu ſal. armon. ſive vinoſo ſive tartariſato extraheretur tinctura, ſic forte & omni procul dubio non æque attendendo ad colorem cœleſtem eſſ. ſal. armon. martial. adæquans viribus cœruleæ obtineri & confici poſſet facillime.

§. 18. Hæc ſi minus ad palatum ſint, minusque arrideant, primæ Indicationi Pectorali loco eſſ. ſal. armon. martial. optimè inſervire poterit tinct. mart. aroniſata, in qua Mars cum vegetabili acri attenuante, incidente, reſolvente (non ſecus ac in tinct. Mart. helleborat. Mars cum rad. helleb. n. & tartaro conjungitur) bono cum ſucceſſu maritatur.

§. 19. Modò tibi caveas ab hujusmodi acribus medicamentis in caſu, ubi aliàs ſumma humorum acredo urgeat & peccet, utpote in quo ab iſtis morbus & ſymtomata non parum exacerbari ſolent.

§. 20. Qui

§. 20. Qui vero majorem efficaciam atqu vim quærunt & ſibi pollicentur ex Martis colore cœruleo, modò talis detur legitimus, absque ullo ad ulterio & ſuſpicione Veneris, vel in leviuſcula do multum tingentis menſtruo urinoſo recluſi, ade ut unum granum Veneris perhibeatur poſſe per ſpi ſal. armon. ℔j. largiſſimè tincturam ſuam ſpargere nunc & quænam ex hiſce hîc communicatis tinctu ris Martis colore cœleſti ſuperbientibus plus de Venere, quam Marte participet, ipſi judicent.

§. 21. Primò quidam recipiunt limat. mart ſal. ammon. ana pj. miſcent, pulveriſant cum ſal tartar. pij. affundunt aquam, permittunt, ſinunt i digeſtione per aliquot horas, poſtea deſtillant & prodibit ſpir. urinoſ. cum phlegmate; caput mor tuum ex retorta exemtum filtretur, coaguletur huic ſali affundatur ſpiritus deſtillatus, & digeran tur per aliquot dies, ita tingetur cœruleo colore.

§. 22. Artiſta quidam, ſive Laborans ut vocan Bernæ, miſcet ſal volat. urin. & limat. Mart. dige rit per aliquot horas, ex hiſce deinde extrahit tin cturam cœruleam menſtruo ſpiritu urinæ ſimplic prius autem quam iſte color appareat, varios alio obſervari ſchematismos colorum, ipſum dixiſſe be nè adhuc recordor.

§. 23. Eundem in modum alii limat. Mart. & ſal. volat. tartar. invicem commiſcent, redigun in pulverem ſubtilem, & affundunt ſpir. ſal. armo niac. qui modus Pharmacopœo cuidam uſitatus eſt

§. 24. Nonnulli ſulphur & limat. ferri in æquali pondere calcinant in crocum, affundunt ſpi

ſal

ſal. armon. vinos. & ſimili modo extrahatur color cœruleus, quanquam hic modus non ſemper ſuccedere perhibeatur.

§. 25. Tandem hanc tincturam ſequentem in modum conficere edoctus fui à magno meo Patrono Bilgero νῦν ἐν ἁγίοις & feliciſſimè obtinui cum Exc. D. Braunio, Phyſico Campidonenſi celebratiſſimo: Fiat amalgama Martis & Mercurii vivi mediante vitriolo, hoc lavetur aquâ purâ, ſiccetur, & ê retortâ deſtilletur Mercurius, ſuper remanentem crocum Martis ſuperfunde ſpir. ſal. armon. cum ſale tartari paratum, & tingetur colore cœruleo; cui de ſale volat. tartar. in ſpir. ſal. armon. ſimpl. ſolut. aliquid addatur.

§. 26. Hujus vires pluribus deſcripſit Ettnerus in Manibus Poterianis.

§. 27. Interea ut nec regni vegetabilis planè obliviſcamur, illudque prætereamus, aures noſtras vellicant partim modò allata tinct. Mart. aroniſat. partim litteræ à Practico quondam famigeratiſſimo ad me datæ, in quibus de ſpuriis artis noſtræ ſolidiſſimè ita judicat:

§. 28. Feliciores eſſe carnifices, ſcribens, & id genus alios medicaſtros circa tractationem morborum Chronicorum, quam acutorum, utentes ſimpliciſſimis medicamentis ex hb. rad. & ſem. & ex his deſtillatis aquis, itemque ex oſſibus uſtis paratis Medicamentis, poſthabitis longè vel ignoratis potius remediis volatilibus & ex regno minerali deſumtis.

§. 29. E contrario alius ordinis medicaſtrorum Ciniflorum quippe & pſeudochymicorum cura... magis procedere in acutis, procul dubio quod ſu... diuturniori uſu pro debellatione affectuum Chro... nicorum neceſſario Medicamenta volatilia & Me... tallica noxam ſuam exerant.

§. 30. Ex radicibus ſolius rad. helen. vel i... florent. (quum ab acribus radd. ſquill. & ari ſibi ... omnino cavendum, & cautus ſit Medicus, uti ſupr... monitum) hîc meminiſſe juvabit; ex herbis Ve... ron. Marrubium & Scordium in aq. deſtillatis, i... ſirupis, in decoctis, in infuſis Recentiorum bonam præſtant opem, pituitam incidendo, reſolvendo præcavendo à putredine.

§. 31. Alteri claſſi Pectoralium liquiritiæ ba... cillus coctus & ex mucilaginoſis gumm. tragac. ge... latin, c. c. ſicc. ſem. pap. alb. conveniunt.

§. 32. Lubricitate ſua expectorationem pro... movent juſculum pingue vel ſic ſolum, vel altera... tum cum ☍. amygd. d. & ſpermat. cet. anat. quan... titate.

§. 33. Ex Officinalibus ſive jamdum in officin... aſſervari ſolitis ut præparata vel facile aliis comm... ſcibilia, ſpec. diair. vi ſuâ attenuante & incident... primo dicto ſcopo quadrant; contra ſpec dia... tragac. MPil. de Styrac. in catarrho tenui ſaſo, ub... incraſſandum, inviſcandum à multis jam retro an... nis tantum non ſemper Practicorum fidem ſerva... runt.

§. 34. Tinctura Pectoralis parari poterit e... ſucc. liquirit, rad, ireos, extract. helen. hb. ſalv. bac...

juni...

junip. lign. ſaſſafr. mediante ſpir. ceras. n. vel junip. cui tantillum croci addatur.

§. 35. Circa potiunculam ex gumm. ammon. vin. Rhenan. & ſir. hyſſop parari ſolitam in ineunte meâ praxi bis obſervavi, tantum abfuiſſe, ut aſthmaticis levamen attulerit, ut potius tuſſim adauxerit, faucium excoriationem & inflammationem induxerit, ipſisque ægris viſum fuerit, ac ſi ignis faucibus immitteretur.

§. 36. Bene autem atque egregie ſeſe gerit hoc gummi acet. ſquillit. ſolut. & cum extract. helen. in formâ pilulari ſub dictis cautelis exhibitum: quippè alvum leniter ſubducit & ſpiritum reddit faciliorem.

§. 37. Nec ſuo uſu caret MPilularis ex rad. ir. florent. cum rad. ſquill. rec. contus ſ. q. conflata.

§. 38. Sumtis autem Pilulis non ſine fructu ſuperbibitur delapſo unius horæ ſpatio dècoctum vel infuſum pugillare ex rad. helen. petroſelin. hb. marrub. veron. lign. ſaſſafr. ſem. petroſel. parandum & ſacch. cand. edulcorandum.

§. 39. Ceterum tantum abeſt, ut affectus pectoris ſubſiſtant in his duobus tribusve Indicationum generibus, ubi vel lentor pituitæ incidendus, vel ſerum tenue paucum temperandum, incraſſandum, vel putridum arcendum eſt, ut potius & aliæ Indicationes hîc attendendæ veniant.

§. 40. Sic modò à ſpasmis fibrarum thoracis motricium pectus contrahentibus, reſpirationem liberam negantibus.

§. 41. Mo-

§. 41. Modò à pituitâ ex cerebro defluente (vel ex tunicis glanduloſis faucium & œſophagi exſudante) & irruente in muſculos thoracem moventes, non ſolum illi incumbentes, ſed & coſtis intertextos, & ad ſeptum quoque usque nervorum ductum ſequente, quam ætiologiam feliciſſimus Felix Platerus in Obſervat. ſuis p. m. 161. & ſeqq. pluribus ſuppeditat, & carnifex vicinus in ægro aſthmatico protulit.

§. 42. Signa hujus dyſpnœæ generis partim ex Platero petita, partim ex propria experientiâ ſuggeſta huc potiſſimum redeunt: Reſpirandi difficultas exacerbatur noctu, eſt periodica vel horarum vel dierum, fit ſine ſtertore ſibilo, cum ſenſu aliquo ponderis pectori incumbentis, rejectione pituitæ potius ſcreando, quam tuſſiendo factâ, tuſſi præſente magis ex irritatione & titillatione faucium commotâ, ſive ſub finem ſive ſub initium expectorationis contingere ſolita.

§. 43. Immo in ipſis angulis oculi deprehendi depoſitas quasdam portiones viſcidas pituitoſas modò pupillæ, modò albo oculi oberrantes, ægroque viſum adimentes a me petitunti ut viderem, quid ob oculos ſibi verſaretur. Hinc illis remotis, ipſa hæc moleſtia ceſſabat.

§. 44. Re ſic ſe habente metus phthiſeos deponendus, quippe defluxio iſta, ſi vel maximè ſit acris majori copiâ ad thoracis muſculos, quam ad pulmones defertur. Plura apud ipſum Platerum.

§. 45. Mo-

§. 45. Modò ab hypochondriorum, hepatis & ienis in inflammatione, magnitudine, obſtructione &c. aliisque poſitis vitiis &c.

§. 46. Modò à ſanguine vel ob copiam, orgaſmum, flatulentiam, vel ob craſſitiem, viſciditatem ægrè nec libere per pulmones circulante. Vel uxta Kozak in tr. de hæmorrhag. à Sanguine arterioſo cordis & pulmonum excrementis ſuis ſub ſpecie vel vaporoſa vel humoroſâ ſeſe exonerante per tracheam, idque non ex rupto aliquo vaſe vel eroſo, ſed vi anaſtomoſis.

§. 47. Modo â quocunque fluido ſive ſeroſo, ſive purulento, ſive cruento cavum pectoris expanſioni pulmonum deſtinatum replente &c.

§. 48. Modò à præſentibus tuberculis, calculis, vomica.

§. 49. Modò ab ipſius viſceris pulmonis inflammatione, exulceratione vel aliâ quacunque læſione n propria conformatione.

§. 50. Modò à vertebrarum, coſtarum, pleuræ vitiis &c.

§ 51. Modò à contentorum infimi ventris medium coarctantis & diverſimodè afficientis conditione.

§. 52. Modò à polypo cordis aut coagulato ſanguine liberum ſanguinis circulum inter cor & pulmones multùm impediente &c.

§. 53. Ab his inquam diverſis cauſſis varios affectus pectoris ceu dyſpnœas, aſthmata, anxietates, gravitates præcordiales, pleurit. peripneumon. tuſſes, hæmoptœen, phthiſin, empyema, hydropem pe-

ctoris, catarrhum ſuffocativum &c. originem ſua[m]
trahere poſſe & ſolere, qûis inficias ibit.

§. 54. Hoc ipſum vero diſcrimen cauſſaru[m]
difficile profectò ſolet eſſe expeditu, nec una ſol[a]
ſed ſæpe plures conjunctæ & complicatæ ſimul a[f]fligunt malumque non parum aggravant.

§. 55. Ubi ſpasmi ſubſunt indicantur ant[i]ſpaſtica, nervina, cinnabarina, abſorbentia.

§. 56. Congeſtio pituitoſorum excrement[o]rum ſive in cerebro, ſive in glandulofis tunicis œſ[o]phagi faucium & aſperæ arteriæ requirit, cephalic[a] phlegmagoga, bechica.

§. 57. Hypochondriis debentur viſceral[i]a martialia, aperientia, ſanguini craſſo, viſcido att[e]nuantia, incidentia, volatilia, venæſectio.

§. 58 Thoraci debita expanſio conciliat[ur] per evacuantia, clyſteres, diuretica, carminantia, ex[pe]ctorantia; tubercula volunt diſcutientia, di[a]phoretica, mundificantia, balſamica.

§. 59. Polypo, ſi quæ ſpes, valida reſolventi[a] mercurialia, gummata oppones, & ſic deinceps.

CAP. VIII.
De
Medicamentis Inſipidis & Abſorbentibus.

§. 1.

INſipida nobis conſtituunt quatuor medicam[i]num genera, ſcilicet præter jam tacta martial[i]... terre[a]

terrea (ſub quibus comprehendi debet Magneſia) mucilaginoſa, & aquea.

§. 2. Terrea equidem videntur ſpectare ad claſſem medicamentorum ſalinorum alcalinorum fixorum; enimvero quum inter hæc magna ſit differentia reſpectu ſaporis, merito terrea huc referuntur, quippe utut terrea ſint medicamenta æque alcalia fixa, nullo tamen gaudent ſapore, ê contra ſalia fixa elixata habent ſaporem cauſticum, urentem, lixivioſum, acrem.

§. 3. Inter inſipida & Abſorbentia redit Primò ſimpliciſſima ferri ſive chalybis puriſſimi limatura alcoholiſata; Cujus modus agendi fit deobſtruendo ſecundum Vett. acidum abſorbendo & invertendo ſecundum Chymicos; tonum fibrarum modicè ſtringendo ſecundum Highmorum.

§. 4. Juxta alios autem Martis diverſæ & contrariæ virtutes, aperientes nempe & adſtringentes, magis adſcribuntur diverſis ſuis præparationibus in crocis ſuis, Mars contra ut ſic & adhuc integer ſitibundus & avidus acidi habetur, atque virtute abſorbente æſtimatur.

§. 5. Si vero quis cruditatem ferri ignem haud experti timeret aut ab eodem abhorreret, benè ſuccedunt diaphor. Martiale Ludovici, aut Sal Polychreſtum Martiale Scretæ, quod paratur ex nitr. ſulph. & chalybe (quibus in Pulv. cachectico Bilgeri accedit tartarus crudus) probè invicem mixtis detonandis ac calcinandis.

§. 6. Secundò *Terrea* præcipuè ſuppeditant animalia ita dicta oſtracoderma;

§. 7. *Oculi cancrorum*, quos hîc exempli loco habet Auctor, utique æſtum atque efferveſcentiam ſanguinis temperant, acidum in primis viis abſorbent, ſed in hiſce eorundem virtus non ſubſiſtit.

§. 8. Ultra enim referuntur & inſeruntur claſſi traumaticorum, reſolventium grumos ſanguinis à lapſu, pectoralium, diureticorum, ſtomachicorum, uterinorum, cordialium &c.

§. 9. Scilicet ipſa hæc medicamenta terrea alias Abſorbentium, Præcipitantium, Refrigerantium nomine venientia tantum non ſunt medicamenta univerſalia, hinc jure Magneſia (de qua ſupra) alba dicitur Panacæa & quum ſimul alvum leniter ſubducat cum epitheto Solutiva.

§. 10. Ex hiſce adhuc ſcopo ſudorifero & ad ebullitiones febriles eligerem ſedandas quascunque c. c. phil. calc. aut antim. diaph. & ſi malignitatis ſuſpicio ſubeſſet ex officinalibus pulv. pann. r. (utpote qui præter alia ex terreis quoque conſtat) adderem.

§. 11. Tertiò *Gelatinoſa*, Mucilaginoſa, inter pectoralia præcedenti cap. relata ſcopo temperandi, inviſcandi tenue ſerum; Extra hunc caſum conducunt porro

§. 12. Gelatinoſa ſcopo confortandi & collapſas vires poſt conflictum morborum tam chronicorum, quam acutorum principio ſuo alibili re-

ſtauran-

ſtaurandi; item in atrophia infantum eorumque calore hectico depaſcente magnæ ſunt utilitatis.

§. 13. Mucilaginoſa partes læſas muco ſuo naturali deſtitutas, tam internas, quam externas optimè ſolantur, oblinendo & reſtituendo mucum, defendendo contra acrimoniam affluentium humorum.

§. 14. Uti oculus externè acrimonia, ardore lacrymarum & inflammatione laborans ſtatim ab initio ſæpe levamen haud parvum percipit à mucilagine ſem. cydon. pſyll. &c. extractâ cum aqua aliqua deſtillata appropriatâ.

§. 15. Uti à feſtucâ digito impacto ſuperveniens abſceſſus ab ol. vel lini vel lil. albor. illito non parum mitigatur, quanquam & in hiſce caſibus ſpirituosa oleoſis præferant quidam.

§. 16. Ita talia medicamenta pro interno uſu partibus ſimiliter affectis & læſis ab humorum acrimonia ob deficientem mucum ſuum ſub ſuis cautelis exhibita convenire quis hœſitet.

§. 17. Ex hoc capite ſæpius jam laudatus Kozak in alvi fluxibus á Clyſteribus pinguioribus, mucilaginoſis, gelatinoſis] exordiendum, ſpiritus ſublimatos, non iſtos acidos, exhibendos, & Exc. D. Riedlinus in tr. de febb. tenesmo mucilag. ſem. cydon. vel pſyll. debitè applicitâ obviam eundum eſſe ſuadent, commendant.

§. 18. Quem in finem ego ordinare ſoleo rotulas ex radd. mucilaginoſis, additis adſtringentibus, vel cum gumm. tragac. vel gelat. c.c. ſicc. parandas, quas internè propino, ipſæ autem ſeſe commendant

tam formâ, quam gratiâ ex tabul. man Xſt. perlat confortandi ſcopo adjectis.

§. 19. Inſuper hæc ipſa mucilaginoſa in affectibus veſicæ & renum, quatenus reſpectum habent partim ad acrimoniam urinæ hujusque ſpicula ſalina involvenda, temperanda; partim ad ipſos calculos, qui aſperi ſunt, muco ſuo obducendos; partim ad vias abraſas demulcendas, leniendas; partim ad fibras ſpasmodicè tenſas lubricitate ſuâ relaxandas; partim ad ipſos dolores, qui hoc in caſu atrociſſimi ſunt mitigandos; partim ſanguinem tenuem acrem in mictu cruento temperandum, inviſcandum, majori cum emolumento exhibemus, quam ſi cum totâ familia fortiter pellentium, atque notorio iſto calido ſpiritu terebinth. & oleo juniperi, calculos ſæpe moventibus, ſed non promoventibus, quin potius in anguſtias redigentibus pugnaremus.

§. 20. Dubio procul huc reſpexit dum in vivis erat celeberrimus Medicus & Phyſicus Lindavienſis D. Jo. Ulricus Müllerus (qui Exc. Dn. filium Georg. Ulric. haud degenerem, ſed veſtigia beati Dn. Parentis preſſo pede ſequentem, pariter Phys. Lindav nec non div. Pr. ac ſt. Imp. Medicum fama migeratiſſimum, Fautorem æſtumatiſſimum ſuperſtitem adhuc reliquit) ſem. hyperici in nephritide tanquam anodynum egregium commendando atque hujus ſem. ℥j. commiſcendo conſerv. roſ. aut hed. terr. ℥iij.

§. 21. De quo elect. antinephrit. æger m. ac & cubitum iturus caſtaneæ quantitatem degluti-

uti mihi innotuit ex Noctibus Hibernis Scretæ, quas, ſed non integras ex ſingulari benevolentia Exc. D. Raderi, itidem Phyſ. Lindav. quâ me præſentem affecit benigniſſimè, poſſideo.

§. 22. Nec eſt quod quis regerat, hæc omnia tantum præſtare curam palliativam, quæ ſæpe ſæpius neceſſaria & admittenda eſt unicè, ſed & gaudent vi expellendi calculos ipſa experientia p. m. El. Rud. Cammerarii, Med. & Prof. quondam Tubingenſis Experientiſſimi, in collegio Caſurali aſſerentis de potiuncula ex aq. malv. contr. ardor. urin. Mynſ. ſir. dialth. F. paratam in viro quodam ultra 20. parvulos expuliſſe calculos.

§. 23. Hæc ipſa potiuncula additis oc. 69. præparatis, alumno blaviſontano à me ordinata in mictu cruento & dolorifico præſentaneam exhibuit opem.

§. 24. Carolus Piſo Obſ. 108. hiſtoriam refert cujusdam, qui beneficio ſolius fere butyri ſive ſeorſim ſive cum juſculis liberaliter aſſumti tandem duos inſignes ſaxeos calculos laxatis ureteribus excluſit.

§ 25. Balth. Brunnerus conſil. 63. meminit Viri ferè per integrum vitæ curriculum à calculo renum immunis viventis arenulis & calculis ſubinde per urinam excretis parvulis ſolo rad. liquir. rec. diligenti commorſu & maſticatione frequentiore.

§. 26. Quin hæc Demulcentia, Mucilaginoſa, pinguia conſtituunt ipſa ita dicta Emollientia, Maturantia.

§. 27. Sic feces alvinæ duræ, ſcybala alvi exſiccata tentantur emolliri & promoveri tam per ſuperius, quam inferius guttur in enematibus exhibendo crem. hordej, lac, juſcula, pinguia, oleum vel commune, vel amygd. d. quo ſcilicet iſta ſeſe interponente viſciditate & mucilagine lubricæ reddantur feces ob duritiem & ſiccitatem moras nectentes.

§. 28. Membra rigida, contracta, quæ flecti aut extendi requeunt, ipſæ contractiones & conſtrictiones partium ſolidarum nervearum ſpasmodicæ per ſummè emollientia ea, quæ ſimul nervoſo generi ſunt appropriata, diu & liberaliter inungendo & formentando adipibus, Unguentis & Oleis nervinis inprimis ſtatim ab initio tractari ſolitæ felicem quandoque naſcuntur exitum, qualem liberalem inunctionem in puero contracto nec manus nec pedes movere valente, item in brachio mendici cujusdam valde rigido Bernæ in Inſulâ ſat proficuam obſervavi.

§. 29. Nec ab re talia membra intrudunt in animalia recenter mactata, quippe calor ille blandus, humiditas, pinguedo nullum ſuperſtitioni aut irriſioni concedunt locum. Merito autem κολασει digni ſunt, qui ad hunc ſcopum eligunt animalia, quorum carne veſcimur.

§. 30. Tumores duri, ipſæque inflammationes, quæ amplius reſolvi & diſſipari nequeunt & quorum pus tardius generatur & in profundo collocatur, qualis abſceſſus in inguine inprimis ſequioris ſexus ab initio ſæpe mentitur herniam uti & mihi in praxi attendere contigit, per tale Cataplasma de-

mul-

mulcens & emolliens ex medulla panis, rad. alth. ſem. lini, ol. olivar. lacte, croco & ſimilibus, paratum ad exteriora commode revocari & ſolent & debent; cui alii empl diachylon ſubſtituunt, alii aliud, ſæpius vel ſolo empl. de meliloto ſufficiente.

§. 31. Nec ſolum tumoribus externis, ſed ipſis viſcerum ſchirris, v. gr. lienis applicant hæc emollientia in empl. de melilot. cum gummi ammon. vel galbano mixto; quod poſterius feminæ ſcopo hyſterico imponunt umbilico vel cum pulv. caſtor. vel ipſius eſſ. in empl. formam redactum, illudque magni faciunt.

§. 32. Tandem hæc ipſa mucilaginoſa chirurgorum Defenſiva in litho-herniotomiis, cataractæ Depoſitione, aliisque Operationibus conſtituunt feliciſſimè.

§. 33. Patet ergo hæc medicamenta mucilaginoſa, demulcentia, gelatinoſa frequentiſſimi & ampliſſimi eſſe uſus & modò quà Emollientia, modò quà Expectorantia, modò quà Maturantia, modò qua Anodyna, modo quà affectus renum & veſicæ temperantia & mitigantia &c. commendari.

§. 34. Pharmacopœiæ autem Portatili ex gelatinoſis vel gelatina culinaris ex vitulinis pedibus parata ſcopo confortandi ſatisfaciet, cui ad latus pono ex raſ. vel c. c. vel eboris conficiendam eamque vel informâ humidâ vel ſiccâ.

§. 35. Ex mucilaginoſis pro dictis ſcopis eligi poterunt ſem. cydon. lin. album. ovi, rad. & ſem. alth. totum malvaceum genus.

§. 36. Lac ipſum, butyrum, pinguedines &c
blandâ ſuâ, oleoſâ, pingui ſubſtantiâ demulcent
temperant, obducunt partes illasque defendunt:
tranſeunte acrimoniâ humorum partim involvem
do ſpicula ſalina, partim reſtituendo mucum de
bitum.

§. 37. Quartò *Aqueum* diluendi fine; huj
ſcopo vel ſimpl. aq. font. pane toſto, cui tantillum
macis vel nuc. moſch. adſperſum erat, correcta ve
liſicari poteſt; aut ſi placet & melius judicatur a
quæ cruditatem & flatulentiam corrigere coctione
commendat ſeſe decoctum hordei ſub finem co
ctionis addendo glycyrrhizam; quod potus genu
Vett. & Gallis adhuc dicitur Ptiſana, Bernenſibu
ſat familiaris, adeo ut etiam in Officinis jam parat
proſtet.

§. 38. Si liquiritiæ ſubſtituas ipſum malum ci
tri, obtinebis potum ſiti, æſtui & malignitati febri
citantium accommodatiſſimum, quanquam in ho
caſu Vett. ὀξύκρατον ſuum ex multâ aquâ, pau
xillo aceti permiſta conficiendum magni fecerunt.

§. 39. Loco hordei & liquirit. alii ſummunt c.c
& ſem. fœnic. ſed hîc haud prætereunda eſt idioſyn
craſia b. Dn. Rœbelii, Paſtoris quondam Seiſſenſi
Vigilantiſſimi circa cornu cervi, qui illud minim
ferre potuit, quin nec ipſas gelatinas ex raſura pa
randas.

§. 40. Exc. D. Zuingerus potum ordinarium
habet in decocto lign. ſaſſafr. quod ſeſe odore & ſa
pore & colore adinſtar vini hincque neſcientibu
facilè fucum faciente & viribus diureticis, ſem. fœ
nic. adæquantibus commendat &c.

§. 41

§. 41. Honoratiſſi. Dn. meus Avunculus Riedlinus, Practicus Ulm. feliciſſimus, pariter in Lineis ſuis Medicis profert, quæ huc ſpectant, decem grana maſtichis, dicens, ann. 3. p. m. 672. in aq. font. menſ. j. cocta, ſubque finem coctionis quinque caryophylli aromatici adjecti ac parum ſachari abſolvunt potum ſat gratum, quo nonnulli magnates pro ordinario utuntur, quemque ægroti, quibus ventriculus laborat, & morbis chronicis vexantur, benè ferunt.

§. 42. Atque hæcce potuum genera non ſolum diluendi fine, ſed & loco vehiculi medicamentorum in mixturis, potionibus præſcribendis, tincturis pulveribus, pilulis ſumendis &c. commode uſurpari poſſe, mihi quidem perſuadeo, pro edulcoratione ſimpl. ſach. cand. vel ſir. rub. id. & violar. retinendo.

§. 43. Huc ſpectant denique Infuſa Recentiorum, utpote quæ ſimiliter agunt diluendo exemplo infuſi hb. Theæ & Veron. ſalv. Beton.

§. 44. Etenim horum ſcopus & modus agendi præter ipſius herbæ, florum, radicum, lignorum &c. acceſſoriam virtutem conſiſtit in hoc, ut copiâ aquei principii & ipſius blandæ, inſipidæ, mitis, calidæ humiditatis beneficio ſpicula ſalina probè diluantur, contemperentur, diſſolvantur, atque deinde commodius ducantur ad conſueta excrementorum ſalinorum receptacula & emunctoria, utpote cutem, renes, inteſtina.

§. 45. Un-

§. 45. Unde omnino iſtorum uſus extendit ſe amplisſimè atque in omnibus morbis ſalinis ſe commendat quam optimè.

§. 46. Accedunt quippe inſuper ipſarum herbarum vires; Laudes quas hb. Thee, veron. paſſim adſcribunt Auctores, ſunt benè multæ & ingentes.

§. 47. Hic ſaltem monemus Infus. vel hb. Thee vel veron. beton. ſalv. (quod contra catarrhos, dolores capitis, vitia ſtomachi, pectoris aliosque affectus commendatur) varia pro lubitu poſſe addi;

§. 48. Sic puellæ hyſtericæ Meliſſam; qui virtutem humectandi, reficiendi reſpiciunt, fl. borrag. bugloſſ. &c. qui ſcabiem, ulcera alunt, agrimoniam &c. qui lue venerea infectos ſe ſentiunt, rum. murar. lign. ſaſſafr. ſarſaparill. (quod etiam ſolitarie bibunt eo modo, quo Thee, uti quidam Galli ſola nudâ, crudâ aqua fervidâ contenti ſunt eaque ſorbendo utuntur) qui virtute anodynâ, antiſpasmodicâ, depurativâ M.æ S.æ indigent, fl. pap. err. pœon. aquileg. qui febre tertiana laborant, ſcordium, fl. chamomill. &c. alii alia ſuperaddunt.

§. 49. Qui ergo facultates medicamentorum propè perſpectas & cognitas habet, nullo negotio tale infuſum pugillare præſcribere & commendare poterit variis ſcopis inſerviens.

§. 50. Sic Infus. liquirit. vel ſolum, vel aliis herbarum pectoralium virtutibus alteratum in affectibus pectoris, renum & veſicæ egregiam fert opem.

§. 51. Si

§. 51. Sic quidam præferunt infuſum fol. ſenn. orundem decocto prætendentes illud ſufficienter novere alvum nec excitare tormina.

§. 52. His Infuſis quoque nonnulli ſaccharum dulcorandi & gratiam conciliandi ergo in magna ii in parvâ] (ſaccharo utentes parcè inſtar condienti) adjiciunt quantitate.

§ 53. Sunt tamen, qui hoc medicamenti genus umidum, calidum faſtidiunt ob guſtum ipſis vium ſimilem fœno cocto, inde Heubrüh vount; hi potius eligunt vel juſculum carnis vel ſeum lactis ſimiliter alterata herbarum, ſed recenum facultatibus.

§. 54. Medicè magis quæſtio ſi formetur, an uſcula alterata Infuſis præferenda ſint, redundaret picriſis ad illius quæſtionis deciſionem; An heræ ſiccæ plus præſtent præ recentibus? num maoris ſint efficaciæ? quam controverſiam Exc. D. iedlinus in Lin. Med. ann. V. p. m. 435. fuſius actat.

§. 55. Interea tales pro juſculis colliguntur heræ, quales concedit anni tempus & per illud haeri poſſunt; Sic præcipue verno tempore fl. vior. roſar. acac. lacti incoquunt & ſcopo laxandi alum exhibent; fl. bellidis juſculo leviter incocti opo M.æ S.æ depuratorio inſerviunt & ulterius onducunt hecticis, phthiſicis & qui ſiccioris ſunt emperiei.

§. 56. Simili modo & ratione ipſa medicamen antiſcorbutica propinantur cavendo ne ſcorbutus alidus per calida volatilia acria exacerbetur, ſed

potius

potius talia per acidula admixta contemperentu
v. gr. cochlearia per acetoſam.

§. 57. Conſultus aliquando coram amicis, quee
modum majoris æſtimẽ, dum hb. rec. conciſæ levit
incoquantur, usque viridis conciliatur aſpectus,
per linteum colentur? an ſi ſuccus ex conquaſſa
prius herbis doſi unius & alterius cochlearis fe
vido & calido juſculo addatur? ſicque hauriatu
pro priori pugnavi modo illumque tutiorem, j
cundiorem edixi, hanc ſubnectens rationem, qu
rec. hb. inprimis paludoſæ extra omnem contr
verſiam habent adhuc multum humoris crudi, im
perfecti, nec medicamentoſi, qui per levem inc
ctionem non æquè recluditur, quam fit ſi prius p
ſtillo contundantur herbæ, ſuccum ex ipſis eliciend
ergo.

§. 58. Ceu noxium itaque rejeci conſuetum H
iſtum morem, quo Infantibus ex clamore & ejul
tu torminibus cruciari viſis ſuccum rec. hb. ſenec
juſculo exhibent, nimis enim quam tener & mo
lis ipſorum ventriculus etiamnum exiſtit, quam
ut cruditatem humoris herbacei perferre ſu-
ſtineant, de quâ ſæpius provectioris
ætatis conqueruntur ho-
mines.

CAP. IX

CAP. IX.

De
Prima ſpecie Medicamentorum Salinorum ſive
De
Sale Acido.

§. 1.

PErgit Auctor ad medicamenta *ſalina acida, alcalina, ſalſa*; & ex his *ſpir. ſal. ad bilem viſcidam diſſolvendam* commendat uncque *innocentiſſimum* proclamat.

§. 2. Bernæ cum eſſem, empyricus quidam vel otius circumforaneus magno pretio hunc ſpiriım vendidit ad dealbandos dentes, ſcalpro ſordius tartareis abraſis, quem antea in officina longe iliori emit argento.

§. 3. Ex Otton. Tachenii Hipp. Chym. idem idici, eundem in momento unicoque frictu dentes andidiſſimos efficere, ita etiam eburneas imagines etuſtate defœdatas nitidiſſimas fieri poſſe, ſtatim ıtem aquâ abluendum hunc ſpiritum eſſe, ne æruo contrahatur.

§. 4. Clariſſimus vero atque pellucidus adinar aquæ limpidæ eſt ſpiritus Salis, quem Bernæ di in pharmacopolio dni Knechtii, qualem alii phar-

pharmacopœi parvi faciunt & potius colore flave-ſcentem & unctuoſum volunt, quem tn. ad deal-bandos dentes & ebur non tam idoneum, ac prio-rem limpidum, cryſtallinum deprehendi.

§. 5. Inprimis autem circa ſpiritum vitrioli plu-ultra volatiliſandum multum laboris & nummo-rum impendunt Chymici, præcedente & viam monſtrante Helm. in tr. de Lithyaſi.

§. 6. Ille ſpiritus Vitrioli, qui in prima deſtilla-tione alembicum tranſiit, ſuper caput mortuum re-ſiduum prius cum ſulphure communi vi proceſſu probè calcinatum reaffuſus, ab initio lente, poſt-modo fortiſſimo ignis gradu deſtillatus incomparabi-li quibusdam audit medicamentum & in ſpecie ſto-machale veniens ſub titulo ſpiritus vitrioli volatil. Helmontii.

§. 7. Horum ſpirituum acidorum vires & uſu ſunt ad cruditatem bilioſam nidoroſam in prim viis corrigendam; ad æſtum nimium & orgaſmu ſanguinis bilioſi & commotiones internas M.æ S. febriles refrænandas; ad deliria tam phreneticc-rum quam maniacorum furorem compeſcenda; a largas hæmorrhagias tam ſanguinis nimiam fluidi-tatem inſpiſſando, coagulando, quam fibras partiu continentium ſtringendo, occludendo cohibendas.

§. 8. Primæ & Ultimæ Indicationi potiſſimu Vitriolica, ſecundæ & tertiæ nitroſa magis deſtinan-tur, ſpiritus autem Salis potius reſpectum ſuum in-volvit ad vias urinarias, atque catalogo diureticc-rum infertur, quæ agunt particularum ſuarum vo-latilitate, tenuitate, M.am S.am fundendo, ſicq; ſerum ad renes præcipitando.

§. 9. Ill

§. 9. De his tribus ſpiritibus acidis plura ſi de-
ideres, reperies apud Laudatum Tachenium c l.

§. 10. Mitiora acida & uſui interno aptiora
præbet regnum vegetabile,atq; ex hoc huc pertinent
omnia acidula, utpote acetoſa, ceraſa acida, berbe-
es, ribes, pom. citr. ipſum acetum.

§. 11. Quorum uſus pariter in intemperie bi-
ioſa calida potius, quam tartarea fixa melancholica,
n febrili æſtu ſedando, ſiti reſtringenda, viribus re-
ocillandis, appetitu proſtrato excitando, coctione
ventriculi promovendâ &c. eximius atque grato
uo acore præ ſiti et calore nimio languentibus ægris
gratiſſimus juxta & acceptiſſimus eſt, modò abſit
lvi fluxus.

§. 12. Sanè ſunt, qui vim horum medicamen-
orum ultra extendunt, nec ſolum alexipharmacam
redunt, ſed & præferunt atque impugnant cetera,
eu nimis calida.

§. 13. Ncc inficiandum in ipſa peſte, febb. ma-
ignis, aliisque morbis contagioſis ipſa pom. citr.
opem quam maximam tuliſſe, atque jure ab Harris
Medico Anglo inter alexipharma referri.

§. 14. Sed hanc controverſiam hîc miſſam
acio, atque relego B. L. ad diſſ. meam Inaugu-
ral. de Scordio habitam.

CAP. X.

De
Altera ſpecie Medicamentorum Salinorum, ſcilicet
De
Sale Alcali tam fixo, quam volatili.

§. I.

ALcali fixum duplex eſt vel terreum, de qu ſupra, vel per incinerationem & elixationem ex vegetabilibus elici & parari ſolitum, quod etiam vocatur Lixivioſum, hocque Auctor *urinæ &* *renibus appropriatum* habet *remedium*.

§. 2. Utique ſalia alcalia fixa tam terrea, quam lixivioſa, imprimis ſi ex herbis aliâs virtute diureticâ inclutis conficiantur, ceu ſal onon. junip. &c. urinam movent, ſed & alias poſſident vires.

§. 3. Sic (a) habent uſum externum ſaponarium, mundificatorium, deterſorium, cui ſcop contra impetiginem, ſerpiginem, ſcabiem aliasque fœditates cutis vel ſolum ol. tartar. per deliq. vel oleo amygd. commixtum paſſim laudatur, atque hæc mixtura à multis in uſum ducitur fine coſmetico.

§. 4. (b) Uſum

§. 4. (b) Uſum internum æquē abſterſivum, x quo capite ingrediuntur pulv. anticolic. Exc. D. Cammerarii, qui acidum invertendo, humores te-aces incidendo, abſtergendo, flatus diſcutiendo gregie juvat & prodeſt in torminibus colicis.

§. 5. (c) Antacidum ad prævalens acidum in rimis viis imbibendum, enervandum; ita contra ppetitum bulimodem, famem caninam, ſodam &c. lia lixivioſa vel ſola, vel cum alcalinis terreis cor-oribus combinata commendantur, ſub hac caute-, ut illorum uſus ſit circumſpectus, quia ventricu-is naturaliter debet habere menſtruum ſubacidum, cre volatile pro ſolutione ciborum; ne ergo illud eſtruatur, cavendum ſedulò; Ipſius enim quanti-s debita tam deficiens, quam excedens corrigi & mperari, non autem opprimi aut tolli poſtulat.

§. 6. (d) Febrifugum olim Practicis & adhuc uibusdam commendatiſſimum & frequentiſſi-um, nunc autem parciorem, ſpecifico cortice in-nto, ita in febb. intermitt. ſal abſynth., in conti-is ſal card. bened. plurimi habebatur.

§. 7. (e) Antihydropicum, quo fine proſtat a-ud Mynſichtum Lixivium Benedictum.

§. 8. Ego pro dictis ſcopis obtinendis pharma-opœiæ portatili deſtinarem ſal onon. junip. fl. cha-omill. abſynth. quanquam adhuc dubium & con-overſum ſit, utrum ſalia lixivioſa talis detur fferentia ſpecifica, ut hoc diureticum, illud carmi-ativum, iſtud febrifugum meritò dici queat, & an-on potius æquè communes habeant vires; licet ud abſonum videatur hoc iſtudve medicamen-

tum donatum eſſe generali quadam virtute, & tu ſimul habere virtutes quasdam ſpecificas.

§. 9. Hîc ſcias ex illâ aquâ, quâ Magneſiæ elu triationem & educorationem perficimus, facilè ob tineri poſſe ſal elixatum ſalſæ naturæ aeris humidi tatem imbibendi avidum; ex quo additis addendi ſpiritus nitri felicius haberi poſſe.

§. 10. Simplex Lixivium huc referri debet quod mulierculæ parare ſciunt, & nil aliud est quam liquor multo principio ſalino alcalino, imbi bito ab aquâ ſuperaffuſa cineribus, relictâ horum ſubſtantiâ terrea ſaturatus.

§. 11. Uſus lixivii externus eſt primò contr orientem gangrænam; ſecundò faſciculum lixivii ca lidè circum jectum collo ſpasmo cynico mederi pe hibent; tertio ex illo quidam parare jubent pedilu via; Quartò ad ſordes capitis abluendas & cruſt detergendas eodem caput lavatur.

§. 12. Uſus ejusdem internus occurrit in mod dicto Lixivio Benedict. Myns. quod ob vim di reticam hydropi deſtinatur.

§. 13. Alii ſimpliciter ex ciner. ſtipit. fabaru & junip. vel cum vino generoſo vel aqua para lixivium iterum in uſum & ſolamen hydropic rum.

§. 14. Poſt Alcali fixum lixivioſum conſidera dum etiam eſt *Alcali volatile*, quod vel *ſimple* qualia ſunt urinoſa in ſale volatili c. c. urinæ, *oleoſum*, uti eſt liq. vol. oleos. Sylv. vel *ab acido* *xatum* uti ☊. c. c. Mixtur. ſimpl. L. &c. Eteni

§. 15. H

§. 15. Hæc Salia volatilia urinoſa non facile tam ſimpliciter, nudè, crudè uſurpantur, ſed aliis commiſceri, componi, ligari amant; ſic partim uti cetera alcalia fixa cum acido abeunt in ſal neutrum exemplo ſal. armon. qui eſt ſal volatile urinoſum ab acido ſpiritu ſalis communis ligatum; partim cum oleis deſtillatis herbarum aromaticarum fragrantium in liq. vol. oleos. Sylv. (non ſecus ac ſalia lixivioſa ſolent cum oleis & pinguedinibus miſceri & coagulari in ſaponem) partim cum ſpiritu vini in ſpir. ſal. armon. dulci vinoſo conjunguntur, partim quocunque alio modo ligantur, figuntur.

§. 16. Conveniunt ergo hæc alcalia volatilia urinoſa cum lixivioſis & terreis in hoc, quod cum ſale acido æque efferveſcant & concreſcant in aliquod tertium, ſeu neutrum ſal compoſitum;

§ 17. Differunt autem primò, quod urinoſa avolent, in auras evaneſcant, nec ignem ferant; contra alcalia lixivioſa ſint fixa, in igne perſtent, & aeri expoſita abeant in deliquium.

§. 18. Secundo, quod alcalia volat. urinos. habeant odorem vehementem, penetrantem, fortem, fœtidum; alcalia fixa ſive terrea, ſive elixata nullo plane odore ſint conſpicua, licet hæc poſteriora gaudeant ſapore acri.

§. 19. Ex qua diſtinctione facile patet, quod hæc ſalia volatilia in ſe. conſiderata ſint medicamenta valdè activa, atque à Clariſſ. Auctore *ſpiritibus, nervis & utero* jure merentiſſimo deſtinentur, tam ſimplicia, quam oleoſa. Horum enim

 uſus

uſus (α) in ordine ad ſpiritus noſtros tam in quantitate deficiente, quam à debitis expanſionibus multum recedente feliciſſime reſtituendos, excitandos, commovendos in ſenſibus ſopitis, ſoporoſis affectibus, in epilepſia, apoplexia, ſyncope, paſſione hyſterica, convulſionibus epilepticis egregium eſt. &c. & partim internè exhibita, partim externè naribus admota excitant feminas ex paroxyſmo hyſterico, apoplecticos ex paroxyſmo apoplectico &c.

§. 20. (β) Talium urinoſorum vis in ordine ad M. S. in præcavendo & liberando illam ab intentatâ coagulatione, contra fluxilem, tenuem motuique tam inteſtino, quam locali magis aptam reddendo v. gr. in catarrho ſuffocativo præſentiſſimè juvat; ſed cavendum, ne, uti horum ſalium moderato uſu M. S. impeditur à coagulatione, attenuatur, reſolvitur, fit fluxilis, ita immoderato & intempeſtivo ipſorum abuſu nimis diſſolvatur & ad fluxus immoderatos diſponatur.

§. 21. (γ) Hæc ſalia pituitæ lentorem, atque craſſitiem potenter reſolvunt, incidunt, attenuant, uti dictum inter thoracica.

§. 22. (δ) in ordine ad partes ſolidas in illas agunt rodendo, ſtimulando, laceſſendo, qui talia ſumunt, teſtantur de roſione, de ardore, quem in ipſo deſcenſu ſentiunt; ſalia nempe ſunt eaque volatilia, & hinc virtutem roſivam exercent in partes, per quas tranſeunt.

§. 23. Sumantur ergo in vehiculo ſive vinoſo, ſive aqueo largiori & liberali.

§. 24. Pro-

§. 24. Proſtat elegans diſſertat. de ſalis volat. ieneſi, uſu & Abuſu, præſide Exc. D. Friderico Ioffmanno habita.

§. 25. Qui prætendunt morbos oriri ex acido ʒ viſcido, illi liq. vol. oleos. S. tanquam univerſale entilant remedium, utpote quod vi ſalis volatilis rinoſi acidum infringit, atque conjunctâ virtute leorum deſtillatorum ex herbis aromaticis, fra-rantibus, reſinoſis, volatilibus, tenuium par-um &c. viſcidum incidit, attenuat, reſolvit.

§. 26. Sed ubi aër non tam eſt maritimus & raſſus, quam ſubtilis & benè perflatus, ubi habitus orporis hominum non ſunt denſi & craſſi, ſed te-eriores, molliores, delicatiores, ubi ordinariè non qua aut cereviſia, ſed vinum bibitur, ubi ipſe mor-us calidæ naturæ, à cauſſa calida, & cum febre ſti-atus, ibi talia volatilia urinoſa oleoſa non æque ſunt lubria, nec ita largiter aut liberaliter uſurpari poſ-nt vel debent.

§. 27. Occaſione virium ſalis volat. tam ſimpl. uam oleoſi, cerebri, cordis & uteri potiſſimas cauſ-s & modos, à quib⁹ comuniter affici & lædi obſer-ntur, parili modo thetico hîc ſubjungere placuit.

§. 28. *Cerebrum uti* omnium nervorum incipium & terminus eſt, ita etiam in corpore m ſyſtemate nervoſo motuum tam ſpasmodico-m, quam abolitorum vel imminutorum tam uni-rſalium, quam particularium ſubjectum patiens cilè concipitur.

§. 29. Ex quo fundamento medicamenta ce-alica nervina, antiſpaſtica, antiepileptica &c. eo-

dem fere recidunt. Adhæc in affectibus capitis att tendendum ad ſanguinem, cerebrum, animal.& vi tia medii & infimi ventris.

§. 30. Sanguis fit capiti moleſtus vel quà a cor de majore impetu & orgaſmo ſurſum propellitu diſtendens meninges, quà multus extravaſatus i apoplexia ſanguinea &c.

§. 31. Vel quà per arterias carotides & verte brales advectus ſcatet multo principio ſulphureo bilioſo calido in mania, phrenitide, vigiliis del riis &c. vel ſero tenui acri ſalſo, naturæ & indol irritantis, ſtimulantis, unde epilepſia, & varii affe ctus ſpasmodici ex cerebro in reliquum corpus, id que ob nervos vagi paris & intercoſtales in ſu principio irritatos; aut craſſo, tenaci viſcido ob ſtruente poros cerebri & inducente affectus ſopo roſos &c.

§.32. Vel quà à tribus ſinubus & ventriculis cere bri collectus pervenas jugulares ob quamcunq; re moram in eadem viſciditate, coagulatione calculo vermib9 &c. poſitā libere refluere & ſufficienter re vehi nequit. Hinc ſerũ vi experimenti Loweriani ab eod. ſecedere, cogitur & oriuntur varii affectu ſeroſi ſeniles, apoplexia ſeroſa, hydrocephalus &c

§. 33. Aliiq; morbi catarrhales tendentes ad o culum in ophthalmiis, lacrymarum profluvio ad nares in coryza, ad dentes in odontalgia, a artus in rheumatiſmo &c.

§. 34. Quo fundamento inter alia etiam nit tur Cl. Piſonis Pathologia ſeri, quam diſtingu præcipuæ in quinq; capita, in Eluviem, Colluviem

Illu

Illuviem, Proluviem & diluviem, i. e. in ſerum exteriorem capitis ambitum afficiens, intra ipſum caſtellum & ſub cranio copioſius collectum, ad thoracem & pectus ſecundum nervorum ductum pertingens (de quo ſupra) nimis quam profluens & diffluens in diarrhœis, diabete. &c. impetuoſius irruens in artus.

§. 34. Ipſa cerebri conformatio vel depreſſa à ſanguine ſtagnante ſed multo vel viſcido, à pure, feſtucis & fragmentis cranii &c. vel inflammata in duabus ſuis membranis, ſive meningibus, quæ præterquam quod poſſint & ſoleant inflammari, ſuſtinent in fibrillis ſuis nerveis compreſſionem & gravedinem, modò diſtenſionem, lancinationem, criſpaturam, punctionem &c. modò laxitatem, flacciditatem &c.

§. 35. Spiritus animales in ſubſtantia cerebri corticali ſecreti & in cineritia ulterius diſtributi in principio nervorum quum ſanguinem fontem agnoſcant, ad hujus vitia referri poſſunt;

§. 36. Aliàs peccant potiſſimum motu ſuo eoq; vel tumultuoſo elaſtico, aucto in pervigiliis vel fixo, tardo depreſſo in ſopore, deficiente vel irregulari, inordinato eccentrico in vertigine.

§. 37. Nervi quum vaporibus iisque ſubtiliſſimis & ∽uali naturæ maxime affinibus ſint pervii ſeminum morbificorum ſignaturis affici quam maximè proni habendi ſecundum Kozak.

§. 38. Vitia hypochondriorum & primarum viarum luit cerebrum, primò quia dum ultimatò omnium nervorum impreſſiones terminantur in

ipſius ſubſtantiam, ideo & viſcerum ſpasmi aliæque læſiones afficient illud & in conſenſum rapient;

§. 39. Secundò viſcera climati ſuperiori nocebunt vel ſanguinem non ventilando, non evacuando, vel à ſuis heterogeneis non liberando, vel urgendo hunc vitioſum verſus caput.

§. 40. Sic vidi narium hæmorrhagiam ſtillicidio magis ſimilem, quam profluvio à ſuppreſſis hæmorrhoidibus & vi ſpasmorum infimi ventris per aliquot dies ſævientium inductam, ægrum valdè affligentem, nec parum terrentem, abhinc tamen qualicunque levamine conſequuto.

§. 41. Cruditates primarum viarum ſive acidæ, ſive nidoroſæ, ſive verminoſæ, ſive quæcunque aliæ præter transmiſſos vapores Vett. vel per conſenſum nervorum ad viſcera diffuſorum, vel per communicationem heterogeneorum, mediante chylo & ſanguine capiti præjudicabunt.

§. 42. Indicationes affectuum cordis redeunt ad Indicationem Vitalem, quæ requirit medicamenta analeptica i. e. quæ vires conſervant & languentem naturam reficiunt, eaque ſunt vel ſpirituoſa, vel magis ſubſtantifica in alimentis.

§. 43. Syncope, lipothymia & deliquia animi contingunt, vel quia cor planè non movetur, vel quia ſanguis non eſt mobilis, vel quia nullus adeſt ſanguis &c.

§. 44. Reliqui cordis affectus dependent primò ab ipſius Motore, quicunque ille ſit, ſive cor ipſum qua muſculus, ſive ſpiritus animales;

§. 45. Im

§. 45. In quo officio modo peccatur defectu
n ſyncope, deliquiis, languente Natura, modo ex-
eſſu in motu celeriori, febrili, palpitatione &c.

§. 46. Secundò à ſpiritibus animal. in cor à cere-
ro influentibus per nervos unde deliquia tam à
paſmo, quam paralyſi cordis.

§. 47. Hi vel ob animi pathemata vel nervorum
x imo ventre huc deductos ſpasmos anomali &
laſtici influunt infibras cordis, & motum ſanguinis
urbant, quo modo ſtomachus & uterus & alia vi-
cera cor afficere valent.

§. 48. Tertio à Mobili ipſo ſanguine, cujus di-
erſa vitia concipiuntur in quantitate vel nimia,
lethora, orgaſmo, flatulentia, impetu, vel deficien-
; in qualitate & motu, grumeſcentia, coagula-
one, viſciditate, acrimonia; nimiâ reſolutione,
xpanſione; in admixtis venenatis, purulentis &
uibuscunque aliis occultè adverſis; In prædomi-
o vel particularum inflammabilium helioſarum,
el acrium tartarearum melancholicarum, vel ſal-
rum ſcorbuticarum, vel inſipidarum pituitoſa-
um &c.

§. 49. Quarto à corde ipſo, de quo tam in Phy-
ol. quam Pathol. controvertunt, an ſolùm pro
otore ſanguinis habendum ſit, nec ultra quid præ-
et aut conſtituat?

§. 50. Hujus læſiones occurrunt in vulneribus,
ptionibus, obſtructionibus, compreſſionibus,
olypoſis concretionibus &c.

§. 51. Quin-

§. 51. Quintò à vaporibus, flatibus acribu
venenatis, multis confertim irruentibus & pete:
tibus &c.

§. 52. Ab ipſa aqua pericordii vel qua mult
turgeſcente, vel pauca deficiente, vel acri irrita
te &c.

§. 53. Tandem à ſolidis, calculis, vermibu
polypis &c. ſanguinis motum impedientibus, r
currere verſus cor cogentibus, irritantibus, laceſſe
tibus illud.

§. 54. Indicationes affectuum uteri reſpiciu
vel ipſum paroxyſmum hyſtericum, in paſſione ſ
ve ſuffocatione hyſterica, deliquio hyſterico &c
à quo liberandæ fœminæ per dicta ſalia volatil
urinoſa, per caſtoreum, ſuccinum, penn. perdicum
antiquum corium accenſum, quæ omnia naribu
admota excitant, uterum reprimunt, hujusque to
mina ſedant &c.

§. 55. Notanda hîc Idioſyncraſia ſexus femin
ni, quatenus una præ altera plus minus ad odor
ſuaves, fragrantes, balſamicos ſentiat magnas ute
commotiones & turbas.

§. 56. Vel ſanguinem menſtruum, qui fem
nis ex utero completo quovis menſe ordinar
fluit & peccat modò defectu, in plenaria emanſi
ne, tardatione, paucitate, ſubitaneâ ſuppreſſione.

§. 57. Vel à ſanguine lentore, viſciditate, craſſi
tie, coagulatione peccante, nec præ hac remorâ pe
meare valente; vel à vaſis ſpasmodice conſtrict
aliave ratione occluſis ſanguinem perrumpere al
nuentibus; vel ab inteſtinâ ſanguinis commotio

in

orgaſtica, turgeſcentia abſente, non urgente, nec
xpellente ſanguinem ; vel à defectu & penuriâ
ſius ſanguinis: vel à frigore admiſſo, inopinato
rrore, nimio mœrore &c. ſpiritus cum ſanguine
externis introrſum retrogredi facientibus; vel
adverſo et revulſo aliorſum ſanguine per V.S.&c.

§. 58. Unde variæ eruptiones ſanguineæ per
ia loca vel inflammatoriæ febres, vel hyſterico-
pasmodicæ turbæ, vel cachectici languores, vel
hlorotici pallores & color fœdus virginum &c.

§. 59. Modò exceſſu qua vel ſimul & confer-
m fit, vel nimis diu durat, vel quà nimis frequens
æpiusque recurrit.

§. 59. Iterum vel à ſanguine, quantitate, copiâ,
rgaſmo, impetu, motu tam inteſtino quam locali
ehementiori; qualitate acri calida bilioſa; ſcor-
uticâ labe; cachectica, diffluentes, fluxili, ſeroſa
liatheſi peccante; quocunque miasmate maligno
ariolaceo, pete chiali &c. Ipſius texturam nimium
iſſolvente & fundente infecto; ob impeditum
uum circulum per reliqua viſcera corporis noſtri
d uterum in majori copiâ tendente atque irruente.

§. 60. Vel à vitiis vaſorum ſanguivehorum ob
toniam, laxitatem, flacciditatem, vel quamcunque
liam cauſſam ſanguinem detinere minimè valen-
ium.

§. 61. Vel a cauſſis externis, violentis, inju-
iis, in vino, ira, motu nimio equitationis, ſaltatio-
is, emmenagogis intempeſtive & intemperanter
umtis. Hinc ſequuntur vel Chronica cachectica
nala alios nimios fluxus ſubſequi ſolita, vel acuta

phænome-

phænomena, vertigines, deliquia, convulſione epilepſiæ, mors.

§. 62. Modò in colore, quà apparent ſeroſi, di ſcolores &c.

§. 63. Vel graviditatem & cum hac fœtu roborandum, detinendum, abortum præcavendo juſto tempore & legitimo auxilio in enixu pro n neceſſitate juvandum; Secundinas, ſi moras ne ctant, pellendas; lochia moderanda & ritè regen da &c.

§. 64. Non omnia autem Gravidarum ſymto mata ſtatim ſunt oppugnanda, nec intempeſtivè ſi ſtenda, aut fortius exagitandum corpus, quin natu ra ſibi relicta & convenientibus adjuta plurimas ſa pe ipſa ſponte vel ante adhuc partum, vel edito fœt ſuperat feliciter moleſtias.

§. 65. Vel ipſius uteri conformationem, qu iterum variis paſſionibus obnoxia, in inflammatio ne, procidentiâ, ſurſum tendentia (niſi tum ſpa modica conſtrictio potius accuſanda) in fovend mucoſis viſcidis, purulentis, verminoſis, ſeroſis, i conſenſu cum vicinis viſceribus &c.

CAP. XI.

De
Salibus Salſis tam fixis, quam volatilibus.

§. I.

Sal ſalſum eſt Sal compoſitum ex acido vel vi trio

iolico, vel nitroſo, vel ſalino marino culi-
ari, & alcali vel volatili urinoſo, vel fixo, eoq;
erum vel lixivioſo vel terreo, vel metallico.

§. 2. Egregia proſtat Wedelii diſſert. de Sal
ɔrum Natura, uſu & Abuſu, quæ profecto dig-
a, quæ legatur.

§. 3. Clariſſ. Auctor *Sal ſalſum fixum ad*
iureſin, lympham & ſuccum pancreati-
um maxime appropriatum & conveniens *re-*
medium ſolidiſſimè judicat.

§. 4. Nos paucis ita ſentimus: Uti talia ſalia
lſa, neutra quoq; dicta, neque pura alcalia,
eque pura acida ſunt; ſed de utroquæ æque par-
cipant; ita etiam eorundem virtus Medica æſti-
anda erit ex iſta compoſitione.

§. 5. Habentur talia ſalia communiter abſter-
va, quæ ſordes & cruditates ventriculi detergunt,
ificia ductuum excretoriorum ſui officii admo-
nt, & promovent ſerum ad vias urinarias, vi-
dum in primis viis incidunt &c.

§. 6. Vocantur inſuper Digeſtiva, Digerentia,
æparantia, quia Purgantibus modò præmittun-
r, modò ſtimuli loco adduntur in ordine ad cru-
ates præparandas, digerendas, ut evacuatio
quenti die eo felicior & facilior ſequatur, ipſaq;
ylificatio poſtea promoveatur, abſterſo viſcido,
aci occludente orificia venarum lactearum.

§. 7. In largiuſcula doſi exhibita virtutem *Pur-*
ntem exſerunt, ſic ſal polychreſtum Glaſſeri, ad
usque ad ℥ß. adeducendas hydropicorum aquas
per

per urinam & alvum non ſine ſucceſſu exhiberi traa
dunt.

§. 8. Hoc ſal ſecundum Scretam majorem vim ap
riendi à ſupperadditâ limaturâ martis vel chalyb
acquirit, & inprimis optimum ſubitanei hydrop
poſt febres orti remedium evadet, ſi majori & li
beraliori doſi nempe usq; ad ℥ß. in jure non ſali
largiori exhibeatur.

§. 9. Digerentia à Veteribus Medicis omni tempo
magni habita fuerunt, etiamnum hodiè apud It
los, Hiſpanos & Galenicæ ſectæ tenaciores locu
inveniunt.

§. 10. Qui cauſſam morborum conſtituerun
in acido & viſcido, illi ſibi pariter conceperunt diff
cilem Purgationem ſine præmiſſis Digeſtivis: hin
ratione acidi præmiſerunt uſum abſorbentium,
ratione viſcidi aromaticorum, incidentium per al
quos dies continuandum.

§. 11. Equidem hæc medicamenta Univerſal
bus non ſemper nec ubique debent neceſſariò præ
mitti, interim tamen in caſu ubi Purgans difficu
ter, ægrè & minus expeditè procedit, ubi ſub
cti ſiccitas, durities ſcybalorum deprehenditur &
utique locum habebunt tum humores in qualit
tibus ſuis vitioſis corrigendi, tum vias humectan
di & ſtimulandi ergo.

§. 12. Exempla ſalſorum occurrunt in tarta
vitriolat. arcan.. duplicat. crem. tartar. tartaro ip
crudo, ſale noſtro communi, ipſo nitro &c. qu
in ſpecie ulterius refertur inter medicamenta r
frigerantia, utpote quo vel ſolo, vel cum a
ſorben

ɔrbentibus terreis, conjuncto, omnes M. S. or-
aſmi, commotiones internæ, æſtus, eruptio-
es in hæmorrhagiis nimiis, deliriis, ſitis, comparere
ɔlitæ feliciſſime compeſcuntur.

§. 13. Hoc nitro ſimplici, depurato, chry-
tallino eo lubentius utor, quo minus in illud cadit
oxa, quam quidam prætendunt in Sale prunellæ,
uicque eapropter ſubſtituunt nitrum antimonia-
ım, quanquam & hoc, utut elutriatum, ab om-
i acido ſulphuris omninò liberum eſſe mihi haud
ideatur.

§. 14. Præter ſal ſalſum fixum dantur etiam ſalia
olatilia ſalſa, quæ nec pura acida, nec pura alca-
a ſunt, ſed neutra & ab acido ligata, fixata,
ualia conſtituunt & abſolvunt feliciſſimè alcalia
olatilia tam ex urina, quam aliis partibus, v. gr.
ngulis, cornubus, ipſo ſanguine animalium de-
ımta, atque ab uno ex ternario ſalis acidi detenta.

§. 15. Talia ab Auctore pro tranſpiratione in-
ɛnſibili & ſudoribus, ad glandulas ſubcutaneas
ɛſerandas commendantur jure merentiſſimo; quod
ræter jam ſupra dicta de Sale alcali volatili urinoſo
orro confirmabunt, dicenda.

§. 16. Ubi inter ſalia volatilia ſalſa ſive termino
ıuctoris ab acido fixata retulimus ſpir. c. c. ſimpl.
ui inſignis odoris fœtidi, atque Nobili cuidam u-
iverſale eſt remedium, uti Exc. D. Camerarius Se-
ior, Fautor atque Præceptor optimus me docuit
er litteras.

§. 17. Cui adjungitur tinct. bezoard. & Mixt
mpl. L. occaſione quarum deſcriptionum in Lu-

dovico ênucleato à Kœnigio nota, quod ſecundu Exc. D. Mœgling Caſtoreum & Opium ſumant ana ad ʒj. & in Mixt. ſimpl. eſſ. camph. planè mittatur.

§. 18. Horum autem virtus antipeſtilentia vix quenquam latet, præter hanc in promoven transſpiratione, in expellendis exanthematibus,, reſolvendo coagulo & præcavendâ ſtaſi ſanguin hujusque motum promovendo, augendo, in pr ſervando à putredine omnem ferè abſolvunt pag nam.

§. 19. Tinct. bezoard. in febb. puerperaru & cruditatibus ventriculi, morbis malignis &c. ſu pra laudatus D. Riedlinus in Lineis ſuis Medicis u cum cautelis Practicis, ut ipſius uſum ſeponamus hæmorrhagiâ narium ſuperveniente, paſſim laud digniſſimè.

§. 20. In forma ſiccâ huc pertinet ſal volati Narcoticum Vitrioli, cujus deſcriptionem ex M nuſcriptis Clariſſ. Dn. Hornbergii deſumta fideliter depingo in eadem linguaGallica cum tran latione in Latinam pro qualicunque iſtius captu me concinnatâ.

Sel volatile Narcotique du Vitriol.

PRenez trois livrs, de Colcothar Céſt adire c la tere morte qui reſte apres la diſtillation de huyle de Vitriol ; Verſez deſſus cinq pintes d' ea bouillante, laiſſez le en infuſion pendant deux heu

re

res dans une terrine de grez, en la remuant de tems en tems avec une ſpatule de bois. Verſez toute l'eau par inclination en la filtrez, puis gardez cette eau claire, qui ſera verdatre : Puis prenez deux onces de borax, mettez leens empoudre, en verſez deſſus une pinte d'eau chaude dans un aiſſeau de verre, remuez avec une ſpatule de bois, jusques à ce que tout le borax ſoit diſſout. Verſez cette diſſolution toute chaude dans la precedente eau filtrée; Il ſe precipitera ſur le champ une bouë griſe verdâtre: Laiſſez le melange en repos jusqu'au lendemain, puis filtrez par le papier gris; Faites en ſeparer cette eau filtreé dans des vaiſſeaux de verre, jusques à ce qu'elle commence à faire la pellicule; alors mettez les enſemble dans une cucurbite de verre, qui tienne en viron deux pintes, & qui ait au moins huit pouces de haut, adaptez y un chapiteau avec un petit recipient, et diſtillez au bain de ſable jusqu'au ſec. Jettez l'eau qui en distillera jusqu'aus dernieres quatre onces, qui ſeront un peu acides, qu'il faudra garder ſoigneuſement. Lors qu'il ne distillera plus d'humidité le ſel volaltie montera et s'attachera comme de la neige, auſſi bien dans le chapiteau, que dans toute la capacité de la cucurbite; & quand vous verrez qu'il ne montera plus rien, vous laiſſerez finir le feu. Les vaiſſeaux etant froids, vous ramaſſerez la ſublimation avec une plume, ou en la dé tachant avec un couteau, prenant garde, que dans le ſublimé, il ne ſe mèle de ce ſel qui reste au fond de la cucurbite. Le ſel ſublimè ſera comme de la neige; Il le faut comprimer en un gâ-

teau entre deux papiers, ou il prendra une couleu brillante, commedes perles Ilfautlegarderdans un lieuſec dans uneboöite ou dans unverre; Il y en au ra environ unedragme. Surleſel qui demeurer aufond de la curcubite, vous verſerez les quatre on ces déau aigrelette, que vous aviez gardé deladiss tillation.

